
BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
12
12 M
6.




BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE


REVE.mi P. F.RIS NICO
LAI RODVLPHY SAC
ET APOST
OLICI PA
LATY
MAGISTRI ORDINIS PRÆ
DICATORVM
ANNO 1623
FR ANDREAS
BISCIO
NVS PRÆDICATOR
GENER
ALIS ET
SOCIVS

NEOPAEDIA

Siue

Noua, aut inexplicata hucuſq. in diſcendis, atq. docendis,

METHODI RATIO.

Cuius ductu, quis facilè, ac tutò poſſit, rerum ſerie, ac nexu ſpectatis, de omnibus diſſerere; ac diſceptare.

Et, an benè idem hucuſque cæteri coniectarint, ſententiam ferre.

Ex Platonis potiſſimùm, atque Ariſtotelis principijs eruta.

Additis præterea Nominibus Auctorum aliquot, qui à S. R. E. non improbati, de ſingulis præſtantioribus Artibus, ac Diſciplinis vberiùs tractantes, poſſunt cuiquè facilè in promptu eſſe.

Fuluij Mariotelli Perusini

IN SANCTISS. DOMINI NOSTRI

VRBANI VIII.

CREATIONE

INGENTIS LAETITIAE,

Exiguum Monumentum.





ROMAE, Typis Iacobi Maſcardi. Ineunte Anno M.DC.XXIV.

SVPERIORVM PERMISSV.

Deus Scientiarum Dominus eſt, ipſi præparantur cogitationes.



SANCTISS. D. N.
VRBANO VIII.
PONT. MAX.

Fuluius Mariotellus.



VM de tua (Beatissime Pater) recenti ad Summum Pontificatum exaltatione, omnes vndiq. Christiani Orbis Populi, sese in lætiam effundant; quod certò sperent omnes, omnia per te in melius itura; facere prorsus nec ipse possum, homo beneficijs tuis iam diù cumulatissimus; quin tanquam ruptis post longissimum tempus, linguæ repagulis; in tanta omnium hilaritate, in lætitiæ acclamationes erumpam. Vix (Beatissime Pater) ex pubertate excesseras, Patribus Romanæ Curiæ aggregatus, cum, quod me in Vrbe nouum aduenam, & tanquam profugum adolescentem, aliqua virtutis imaguncula præstare tibi ipsi persuasisses, (virtutis enim propagandæ te semper, quæ nunc tenet, cupiditas tenuit, Domi tuæ exceptum, sapientissimo Patruo tuo FRANCISCO BARBERINO *Apostolico, ex*

Septem, Prothonotario, ingeniorum Iudici acerrimo, commendasti; ac fouisti, quandiù licuit. Quo beneficentiæ exemplo permoti etiam CAETANI PRINCIPES me sibi demeruerunt, & qui adhuc vnus DEI munere superest, S.R.E. CARDINALIS ANTONIVS, singulari beneuolentia complexus est. Sed vario rerum mearum euentu, reuocatus in patriam; à Reuerendissimo eiusdem Patriæ Episcopo, Neapolione Comitolo insigni Viro, peramanter habitus; litterarum ocio aliquot annis, vtcumque detritis; licet beneficiorum memoria menti meæ religiosissimè, ac sanctissimè hæserit semper; grati tamen animi significationem vix vllam, vnqnam aperui. Nec gratitudinem non aperire visum est nefas; quod & te sola tua virtute contentum scirem, & à me satis officio meo factum putarem, si Tuum Nomen intimo mentis affectu colerem; Tibiquè semper optima quæque (quod feci) præcarer: nec pertenuis fortunæ homo, Principem, superuacanea lacesserem ambitione. Statim verò, atque de Tua ad Christi regendam Ecclesiam, cœlesti optione perlatum est; Ipse præ cæteris meæ sortis, gaudio exiliens; cum gaudentium, præter cætera, solemne sit, pecunias in vulgum dispendio profundere; quod

pecu-

peculiolum, annorum vſura, exiguo ingenioli prouentu, in litterarum mercato confeci, & huc-vſque in domeſtico marſupio, ad rei noſtræ familiaris vſum, in rerum comparatione, detinui; poſt hac (Deo annuente) Principis Imagine ſuperſcripta, (quod ſolet in nummis) plena manu, in vulgum profundam. Cyclica eſt forma nummis, cyclicam rei litterariæ dixiſſe Philoſophos, Tu Græcis litteris excultiſsimus, optimè noſti. Suum eſt vtriſque pondus; ſuus color, & ſonus licet. illa corporis, hæc animi comparent bona. Ac profundenda, primo loco, venit ad manus, noui Principis effigiem relatura, Noua quædam diſcendi ratio; quam ideò Neopædiam vocamus. An aureus, an verò æreus (quod nolim) ſit nummus habendus; adhuc incertum. Principis effigies auro debetur: non tamen æs refugit; cum neque ab ære, neque ab auro pretium Principi; ſed æque æri, atque auro à Principe ſit. aureum igitur per te ſpero fiet, quicquid meum aut æreum, aut etiam plumbeum fuerit; vt pondus ſit ingens futurum, & tanquam talenti, ſi per te conſpirent color, & ſonus. Tale igitur peculium, diſciplinarum ſcilicet principia, nouo quodam explicandæ in vniuerſum rationis modo, pauperiorum hominum

explen-


explendæ cupiditati fundo: ut qui legendo collegerint, dum senserint se leuius indigere, Tibi Nouo Pontifici, nouis gaudijs, nouam in disciplinis rationem fœnerati, acceptam referant. Ac si id à te benigno vultu, ipse spectari sensero; veterum beneficiorum, memoriam, noua obligatione religiosissimè cumulabo.

AN-

ANTONII QVERENGI

Ad Fuluium Mariotellum.

HVmanæ ad Arcem dum Sapientiæ
Quod calle certum ducat iter breui
Fului recludis, te ſatis indicas
Veniſſe in Arcem iam Sapientiæ.



Imprimatur, ſi videbitur Reuerendiſſ. P. Mag. Sacri Palat. Apoſtol.

A. Epiſc. Hierac. Viceſg.

IVSSV Reuerendiſſimi P. Fr. Nicolai Rodulfij Sacri Apoſtolici Palatij Magiſtri, ego D. Iacobus Mercatus Monachus S. Benedicti, Ordinis Syluestrinorum, Sacræ Theologiæ Magiſter, legi hunc Librum, qui inſcribitur Neopedia admodum Reuer. & eruditiſſimi viri D. Fuluij Mariotelli Peruſini; & nihil in eo inueni, quod ſit contra Catholicam Fidem, aut bonos mores. Propterea Typis mandari poſſe exiſtimo. In quorum fidem me ſubſcripſi mea manu, Romæ in Monaſterio Sancti Stephani ſuper Caccum, die 10. Februarij, 1624.

D. Iacobus Mercatus Monachus Syluestrinus.

Imprimatur.

Fr. Nicolaus Rodulfius Ordinis Prædicatorum, Sacr. Pal. Apoſtol. Mag.

DE

CAPITA

De quibus in Neopædia agitur.

Xiomata, Positiones, & Scibilium series. pag. 1
De Grammatica. 15
De Geometria. 34
De Arithmetica. 42
De Perspectiua, Astronom. & Cosmogr. 49
De Musica. 63
De Logica. 71
De Rhetorica. 82
De Poesi. 91
De Natura Vniuersi. 98
De Astrologia. 107
De Meteoris. 112
De Mixtis primis. 118
De Animalibus. 127
De Homine. 129
De Medicina. 147
De Iurisprudentia. 157
De Re Militari. 165
De Theologia. 172
De Fine, aut de Vsu, seu Praxi omnium discendorum. 199

IN

IN NEOPAEDIAM

PRAEFATIO.


ISCENDORVM in arduo viam, (Amice Lector) (nemo nescit,) vndique ſaxa, ſentes, anfractus tenent. Non tamen ideò terremur homines, quo minus veritatem, quandiu licet, aut tanquam fugientem per ſaltus, venemur; aut tanquam ex Democriti puteo (quod aiunt) vix cœlo ſpectatam, extrahamus quidem vis tandem, ſed non niſi plurimum refuſo in puteum ſudore. Apud ſe natas Diſciplinas Ægyptij gloriantur; ęquiori Iure Chaldęi, aut Aſsyrij: à quibus primis, plurima poſt diluuium fuiſſe litteris conſignata, eorum poſteri tradidere. ſed Natura, (videmus) omnia orta concidunt breui: ac ferè vt ſyluæ folia in annos mutantur mores, ingenia, facultates, idiomata, litteræ: vt nec, etiam ſi perpetuò homo hominem doceat, poſſint multa non perditum ire. Memoriæ conſignata ab Ægyptijs, Chaldæis, Indis, (hi enim etiam tanquam doctrinarum parentes habiti ſunt) exoleuerũt iamdiù. aut ſi quæ remanent, eorum certè intellectus intercidit, perijtquè. Græcorum Sapientes, diſcendi cupiditate, ad exteros peregrinati, plurima quidem exportarunt, ac prodiderunt poſteritati; ſed

ita tamen perplexa; vt tanquam Syrtes, aut Scopuli, medio mari, plurima formidentur: & vndique in eorum ſcriptis, (abſit verbo inuidia) nulla iniuria, putemus grecam fidem latere. id monent Heraclitus, Pythagoras, Plato, Ariſtoteles. Græcorum ingenium ſequuti, etiam inter noſtrates, ſunt, qui ſi quę peregrina, è latebris quoquo modo extraxerint; cæteros, aut omninò celent; aut dum reuelare videri volunt, verborum inuolucris abſcondant penitioribus; ipſamet ſpe virtutis eluſa. homines in homines præter cæteros, feri; inuidi, in quibus nulla inuidia: quæ enim inuidia in Sapientia? ſi tamen Sapientia eſt, quæ ſibi ſapit Soli. Et qui, ſicut ſe habere in bonis putant, quod ſoli habent, ita ſolum ſe ſcire, quod ſoli ſciunt; naturæ prorſus (quis neget?) violant iura. Non ſolis nobis, ſed ſumus omnibus, homines nati. adeò vt ſi noſtrum quid, quocunque nomine, præclarum ſit, eius ſibi partem cæteri vendicent iure ſuo. atque ita etiam merito fit, vt eos, qui quantumcunque ipſi ſciunt, quidquid ſit, produnt libenti animo, in cæterorum vtilitatem; publicæ beneuolentiæ ſpecimen præ ſe ferre, facilè neget nemo. Horum nos exemplo permoti, in eorum conuicium, qui ſpectant ſe ſolos, NEOPÆDIAM, diuturna ocij vſura elaboratam, publicè legendam damus. Et hoc fecimus nomen Libro; non eo conſilio, vt tanquam orbe litterario recuſo, cęleſte arcanum ad poſteros tranſmiſſuri, à rerum nouarum cupidis, admirationem

redi-

redimamus, vel etiam leuem: sed certè vt pateat, quod est, nouo nos Libri titulo, nisi aliud, subduxisse in diuturno ocio, grandi conatu, rationem aliquam, voluntatis non ociosæ. Quondam religio erat, de via ad simulachrum Mercurij, saxum, vel saltem vnum non conijcere in aceruum. vna omnium est vitæ via, nec longa, quem nos Mercurium, Ερμῦν Græci dicunt, Plato sermonis Deum interpretatur: vt saxum dicamur in eius aceruum conijcere, quicquid litteris consignamus; ne nihil in viuis agere, aut de via videamur, quod ad nos pertinet, non cogitare. Saxum nos profectò mouimus loco magnum; an rectà coniecerimus in publicæ vtilitatis aceruum, adhuc dubium, in labore non dubio. Sicut, quacumque iter agentibus, viarum compendia, plurimum facere ad euadendum; ita in via virtutis, methodum, putamus omnes, totius operis summam. alioquin mentem, aut in ancipiti torpere, aut tanquam per cliuos, & rupes, passu dubio, vndique impingere, ac sententias tanquam dissolutas scopas, discerpere. hoc ipsum asseruit Plato, qui etiam vbique animum in rem contulit. id ipsum Aristoteles præstitit luculenter. licet, cum indicem filum Is visus sit innodare potius, quàm explicare; adhuc inter Latinos certa, ac suis limitibus constricta discendi via, vix appareat. ideoquè plurimi, vbique semper, præsertim in ipso aditu litterarum, mærere tanquam in nocte solent. Si enim omnium malorum radix vna est ignoratio,

cur non mæreamus; dum aditus ab ignoratione recedendi, pateat nullus? ac si spes detur eius inueniendi, cur omnes in id vnum, impetum non faciamus? atque, id ipsum spondentibus, non adstemus? hac vna spe tracti plurimi, præter cæteros, Librum, quem dicunt Artem magnam, & Paruam, à Raymundo Lullio, circulis, structum mobilibus, immobilibus; lineis, sectis, resectis; rubricatis, vermiculatis; numerorum strue collata in characteres, quærunt terra, marique, cudunt, recudunt, compilant, discunt. licet ad operis calcem testetur Auctor, neminem, suis vestigijs posse progressum facere, quin idem ingenio, memoria, ocio, cæteris præstet. at qui hæc habent, huiusmodi facilè admiuiculis carent. plures item irrito conatu idem tentarunt. Nec facilè tamen putamus quemquam ad frugem elatum; nisi methodi virtute aliqua non vulgari. nec quidem Hippiam (licet nimium de se spondentem, à Socrate irrisum) nullo rubore iactantem, se omnia scire; à Prothagora edoctum: nec de schola Empedoclis Gorgiam Leótinum: nec Trasimacum Calcedonium: nec Prodicum Chium: nec Alcidamantem Eleatem: nec ceteros, qui de qualibet re proposita, ad rationis prescriptum, posse se dicere ex tempore profiterentur. Nos horum, nec irritis promissis, nec casu territi, in tantæ rei discrimine, dum naufragos contuentes, per eadem soluimus maria, neque spondemus plurima, neque nihil. certò quidem speramus fore, vt qui nostris

 prin-

principijs paulò diligentius insederint, possint facilè peruidere, quibus limitibus singula includantur: qua sit, cum libet, diuertendum; quo feriendum. quæ si ignorentur, ignorari dicantur, qui modus sit, angustandi, qui dilatandi, quæ scimus. quibus excitentur, quibus hebetentur, atque obruantur ingenia, naturæ ductu. Nec ab Aristotelis principijs duximus recedendum; ne si tanto Præceptore non vteremur; tãquam ducem aspernati; cæteris essemus exemplo, ne ducem vellent. Principia omnium, omnia, aut eadem sunt, aut ipsis falsò principij nomẽ tribuitur. ita fit, vt quæ Aristoteli discendorum fuerunt, eadem nobis sint. Ex his quæ deducimus, nostra sunt. Nisi nobis res è sententia cesserit; facile est ferre quod cum multis facias damnum: niti in bonum, & quicquid fors ferat, ferre æquo animo, hoc putamus humanæ virtutis esse. quod Græcis est μηδὲν ἄγαν. Indictum dicere, temeritatem non rarò arguit: dictum dicere, idem videtur, quod actum agere: si vtraque hac culpa vitata, contingat voto potiri; sat prorsus, superque est. Breuitati apprimè instamus, ne fatigata præceptis ingenia, languescant, quod ferè fit semper, in ipso vsu. Obscura, ne sint obscura, nulla arte doceri possumus: & quo pluribus feruntur verbis, præter ea, quæ rei sunt; pluribus obscurãtur. at principia prima, obscura, seu dicamus confusa sunt: sed visum non retundere, sed acuere solent tenebræ, licet per se prohibeant visum. Lance vna omnia non expenduntur; & ex-

plere

plere omnium mentem contingit nemini. Si prima nascentis operis ætate, frugem aliquam senserint aliqui; ausus nos nostri non pęnitebit. Disciplinarum omnium imagunculam adtexuimus, vt tanquam adumbratam Encyclopædiam spectantes ij, quibus sit futura cura de omnibus disputandi, facilius possint peruidere, quæ res, quo sit loco: ne iactentur casu, aut instent temerè. Præstantiora forsan ingenia durius hæc spectabunt, vel eo etiam nomine, quod fręnum, aut compedes pati non assueuerint; quin pro libitu possint, qua velint, peruadere suis viribus; nec magis cuiquam quam sibi, credendum credant: at sicut nemo suis ipse diuitijs inhiat, sed alienis, vt ditior fiat; ita cæterorum, si quæ sint, discendis, monita captanda sunt; vt ex cõparato vtrinque prouentu, in dies incrementa virtutis fiant. Stylum emblematibus, & quod aiunt, faleratis peristromatis (licet qua sumus ætate, vnum id dicendi genus plurimi fiat) nos non consuimus: non enim verba videntur, ita in rerum Imperio tractanda, vt ex incessu, se rerum potiri putent; seruas decet instare operi puluerulentas, non sedere calamistratas. Cumque loquamur, quantum licet, ad Platonis, atq. Aristotelis mentem; loca non tamen signamus; quod qui in eorum lectione versentur, per se norint; ac cęteros monere visum sit leue, ad rei summam. Peregrinas linguas, cæterorum etiam crebra nomina, non infarcimus; lucẽ ne videamur captare ex fumo. Græcè vix ponimus, quę latinè non viden-

videntur idem ſonare. Vtere Amice Lector, quicquid eſt, Deo acceptum refer; & boni conſule. Nos enim extra fortunæ aleam poſiti, nec ſpe, nec metu adeò ſollicitamur, quo minus poſſimus (quod Prouerbio fertur) in in vtramq. aurem dormire. Gratiſſimum tamen erit, ſi dum nucleo, vt ita dicamus, Iliada includimus; quicquid erratum ſit; dum tibi conſultum volumus; homo, homini, humanitati cenſueris condonandum.



NEO-

NEOPAEDIAE

Axiomata, Positiones, Elementa, & Scibilium series.



HOMINEM, vnum ex animalibus, quæ terram incolunt, omnium perfectissimum; discere, scire, docere; hoc primò, in dicendorum explicanda ratione, tãquam notissimum; & de quo nullus penè sit dubitationi locus, Principium ponimus. Ijs, qui eo impudentiæ deuenerunt, vt dicerent nihil hominem scire, se ipsos prorsus redarguentibus: quod cùm putarint hoc verum, aliquid putarint se scire. at sciri si potest, quod nihil est; cur quod aliquid est, sciri non possit? &, si neque hoc ipsum nos scire dixerint; verum igitur æque erit affirmare in omnibus, & negare: quod sanæ mentis asserere quemquam, quisnam crediderit? Ex eo enim quod scimus, nisi casu, spontè tùm corpore, tùm mente mouemur homines. sicut igitur nemo dixerit se omnia scire, ita nemo se omnia, nisi desipiat, dixerit ignorare. quin cum omnis ignorans, malus censeatur; si omnia darentur ignorari, omnia meritò darentur in homine mala. Ratione enim boni, atq. adeò optimi, omnes, monẽte Natura, appetimus scire. ideò in Sacris Litteris, serpentis astus proposita Primo Hominum Parenti sciẽtia boni, & mali, eum facilè in obliuionem Diuini moniti adegit. Explosis igitur ignorantiæ assertoribus Scepticis, seu Pyrrhonijs, nos à nobis cum plurima ignorentur; asserimus primò, posse multa disci, sciri, doceri. tantoquè hominem homini magis, mente præstare; quantò plura discit, scit, docet.

Nec tamen vnam discendi, aut docendi rationem esse, sed omninò duplicem (quod omnes asserunt) à Sensu ad In-

Senſus. tellectum, & ab Intellectu ad Senſum. A Senſu diſcimus primò: quæ enim ſentimus, omnia putamus nos certò ſcire. Sed ſcientia prorſus incerta; ſenſus enim non rarò decipit, particularium cum ſit: nec eodē modo ſentiat ſemper.

Intell. Ab intellectu poſteriùs diſcimus, ſed præſtantiùs. Vniuerſale enim conijcimus, mente, ex his, quæ ſentimus. vt niſi vniuerſale notum, aut cognitum ſit, nihil perfectè ſciamus. & ideò quæ ab vniuerſali eſt, à Priori, quæ à particulari, à Poſteriori ſcientia dicitur.

Quod quæ ſolo ſenſu ſcimus, id magis propriè ſentire, quàm ſcire dicamur. Ortum igitur ducit ſcientia à ſenſu; non tamen ſentire, eſt ſcire. vt diſcere, ſcire, ac docere differant; quod non vno modo, in tribus dicatur idem. Diſcere enim eſt abſtrahendi actus; Scire abſtractionis; Docere communionis inter docentem, & doctum.

Sicut verò non vno modo percipit ſenſus, ſed pluribus, Tactu ſcilicet, Guſtu, Odoratu, Viſu, Auditu; ita etiam Intellectus, apprime Phantaſia, Memoria, Ratione, Iudicio.

Imagin. Quando igitur rei corporeæ imaginem tenemus mente, tunc rem, cuius eſt imago in mente, dicimur, ſed vix benè dicimur, ſcire; ratione ſenſus facilè decipientis, & de proximo eam ſpectantis.

Memor. Numeros, & voces, quoniam hæc memoria excipiuntur, perfectiori modo, quam quæ ſola imaginatione tenemus, quod magis diſtent à ſenſu, dicimur quidem ſcire; ſed his

Ratio. præſtat ſimilitudinum comparatio, quæ diuiſa, à ſenſu percepta, componit in vnum, Rationis ductu.

Iudic. Perfectiſſima, ſeu abſolutiſſima eſt, quæ compoſitum, Iudicio diuidendo aperit; & perfectam, quantum homini licet, monſtrat cognitionem, ſiue ſcientiam.

Phantaſia, atque memoria, duo diſcendi tanquam penuaria, ſi abſint; nulla prorſus aut diſcendi, aut diſſerendi, poſſe in anima facultatē hærere; ſi adſint, poſſe ingenium, & vim rationis plurimū diſcēdo iuuari experimur. ideò pleriq. omnes, quibus de inſtitutione eſt cura, memoriam, præſertim indiciū optimæ futuræ frugis, in adoleſcentibus atteſtantur.

Licet

Licet enim rerum memoriam tenere, non sit verum scire, psitaci enim etiam memoria tenent, & reddunt voces, sicut tamen qui pecunijs abundant, facilè sibi cœtera comparant; ita qui memoria rerum præstant, breui negocio omnia scibilia in se congerunt. ideò iuuandæ memoriæ sunt colliria excogitata, anacardinæ mixtiones, aquæ, succi, olea, quin memoriā imaginibus iuuari plurimū, asseruit, atque docuit post Ciceronem, Quintilianus. Id nos non agimus. Sed de sola rerum in mente comparatione, seu compositione nostrum est institutum: componendo, aut diuidendo. Ideò hæc primò tanquam principia tenenda ponimus. Sensum, & intellectum sibi tanquam opposita respondere. Compositio. Diuisio.

Eodem modo particulare, & vniuersale: cum particulare sensu, vniuersale intellectu innotescat. Sensu, & Intellectu coeuntibus, cognitionem constare.

Opposita dici, quæ in eodem genere plurimum distant.

Contraria, quæ cum plurimum distent, refractis tamen viribus coeunt.

Aequalia, quæ nec excedunt, nec exceduntur; alioquin inæqualia esse.

Quorum sit aliquid idem, similia. Quorum nihil sit idem, dissimilia, & diuersa. Quorum nulla sit discrepantia, genere, aut specie, aut numero eadem. Quæ eodem sunt loco, & tempore simul esse.

Vniuersalia, quibus primo intellectu notis cognoscimus, ex Porphyrij Isagoge, quinque; Genus, Speciem, Differentiam, Proprium, Accidens, dicimus. Genus tanquam totum in intellectu, cuius sint species, tanquam partes. Genus.

Species tanquā pars generis est, cuius sint partes indiuidua, ita vocata, quod tanquam indiuisibiles partes sint. Species.

Differentia ipsa rerum à rebus distantia. Differētia.

Proprium quod necessario vni, soli, semper inest. Propriū.

Accidens, quod inest, nec vni, nec soli, nec semper. Accidēs

Et ipsa Rerum genera duo, Substantia, & Accidens.

Substantia duplex; Prima, & Secunda. Prima sensibilis, Substātia.

ſecunda intelligibilis, quæ ideò potiùs accidens eſt, quàm ſubſtantia.

Accidẽs. Accidens item duplex: Quantitas, Qualitas.

Ex his in mente Relatio, ſeu comparatio triplex, à maiori ad minus, à minori ad maius, ab æquali. Quatuor igitur ſunt cognitionis totius ſedes primæ in mente, Subſtantia, Quantitas, Qualitas, Relatio. Ideò ab Ariſtotele dictum eſt quatuor in rerum cognitione inueſtigari, an res ſit, quid ſit, qualis ſit, propter quid ſit.

Niſi enim primò conſtet rem eſſe nihil eſt quod quæratur præterea. Id verò eſt eſſentia, ſeu ſubſtantia rei, quam indicat proprium nomen. Proprium cuiuſque rei nomen eſſe quodammodo eiuſdem rei ſubſtantiam, Plato non inficiatur, & dum omnes nomen noſtrum, vt propagetur, & viuat tentamus; id ipſum videmur teſtari.

Quid. Quando rem eſſe conſtat, monemur quærere, quid ea ſit. quo ſcilicet rerum genere, tanquam pars teneatur.

Vt qui quid quærit de quantitate quærere videatur. Genus enim eſt totum, ſeu quantum in mente, quod diximus, cuius partes ſunt ſpecies.

Quale ſit. Tertio loco quærere qualitatem mouemur, ſeu differentiam, qua à cæteris rebus, res, cuius eſt differentia, cognoſcitur diſcrepare.

Propter quid. Quartò Propter quid, eſt rationem, ſiue medium quærere, quo res plures vna nectantur, & componantur in mẽte.

Predicamẽta decem. Quatuor igitur ſic conſtituta rerum genera, ab ipſo Ariſtotele aſſumamus. At quoniam is ipſe, quatuor his, ſex præterea addidit genera, vt decem numero Κατηγορίας, ſiue Prædicamenta, in vſum rationis, vocarit; ſiue ab Archita Tarentino mutuatus, cuius totidem perferuntur generum nominà, quæ grecè Καθολικοὶ λόγοι tanquam vniuerſales conceptiones dicuntur (niſi tamẽ ſuppoſiti hi ſint) ſiue ab alio; ſiue ſuo ipſe ingenio excogitarit; nos, quando vix vllam videntur de ſex reliquis habuiſſe rationem, aut Ariſtoteles, aut Architas; & poſteriora quatuor qualitatis ſpeciebus proximè exprimuntur, aut indicantur; præfato antiquitatis,

tis, ac virorum honore; qui hucuſque deanguſtando numero non cogitarunt; cum Agere, & Pati indicet facilè vnus Motus, Sitũ eſſe, & Habere indicet vna Quies; Motus enim cum duo ſint termini, à quo, & ad quem, Quietis item cum ſint tenere, & teneri, ſeu habere, & haberi, quod eſt ſitum eſſe; cum hoc etiam plurimum ad memoriæ captum, & ad rem noſtram conducat, quatuor in duo arctamus. vt quatuor primis totidem reſpondeant eodem ordine in hunc modum.

Subſtantia.	Locus.
Quantitas.	Tempus.
Qualitas.	Motus.
Relatio.	Quies.

Subſtantia enim ſi ſuo nomine benè eam finitam cenſemus, eſt idipſum quod ſubſtat. at ſub, & ſupra ſunt propriæ differentiæ loci. Loco igitur per ſe primo ſenſuum ductũ finitur ſubſtantia: & vtraque ſibi in cognitione relatione reſpondent. Subſtantia Locus.

Quantitati etiam reſpondet Tempus. Eſt enim quantitas idipſum quo res omnes finiuntur, atque ſciuntur. At quantitas vulgo dicitur duplex continua, & diſcreta. Prior vnione conſtans poſterior diſgregatione. at vnum per ſe ſciri non poteſt. Cognitio igitur ex ipſa pluralitate eſt; id verò eſt numerus: numerus igitur propriè quantitas dicitur. Cumque tempus nil niſi numerus dicatur ab Ariſtotele, patet Tempus quantitati meritò reſpondere. Quantitas Tempus.

Qualitati item reſpondet Motus: qualitatis enim ratione ſunt omnes motus. Subſtantia, & Quantitas nec magis, nec minus ſuſcipere dicuntur, quando per ſe ipſa non immutantur. Ex Qualitate igitur, (quæ ideò ſola dicitur ſuſcipere magis, & minus): eſt omnis motus, vt ſit ipſamet motus principium: dum dicitur vna per ſe intendi, atque remitti. vt motus, & qualitas, ſuo iure ſibi relatione reſpondeant. Qualitas Motus.

Relatio item, quæ eſt rerum inter ſe habitudo, quæque niſi ſpectetur, nulla eſt rerum cognitio; reſpondet pari modo Quieti. Quæ enim permutantur cognoſci non poſſunt, Relatio Quies.

quod

quod eorum vna forma non ſit: conſiſtere igitur, ac quieſcere oportet id, cuius ſit certa, & cognitioni apta relatio. mobilium cũ omniũ imperfecta prorſus omnis cognitio ſit.

Octo igitur ſunt merito tanquam quatuor. vt non immeritò de quatuor primis cum Ariſtoteles verba fecerit, videatur quodammodo reliqua neglexiſſe, ac poſuiſſe tanquam priorum accidentia, & ſenſu ipſo primo percepta. Ideò enim præter cætera, in rerum cognitione indaganda, ſolemus omnes naturæ ductu, locum, tempus, motum, quietem ſpectare. vt ex his prima cognitio deducatur.

At ſingulas has voces expedit, antequam ad alia progrediamur, aliquanto etiam diligentiùs explicare.

Subſtãtia prima. Dicitur Subſtantia Prima, & Secunda. Prima quod accidentibus ſubſtet, & permutetur, qualitatum permutatione, quas ipſa ſuſcipere dicitur. & loco in ipſa natura finitur: nec vllo modo per ſe mouetur.

Subſtãtia ſecunda. Subſtantia dicitur Secunda, quicquid mente appræhẽdimus, à ſubſtantijs ipſis primis abſtractum vniuerſale. aut primæ, aut etiam ſecundæ intentionis. ita dicimus tum quantitatem, tum qualitatem, tum genus, tum ſpeciem, ſubſtantias in intellectu. Licet ipſa per ſe accidentia ſint.

Subſtãtia corporea, & incorporea. Subſtantia item dicitur tum corporea, tum incorporea. Corporea quæ elementari naturæ ſubiacet, & ex ipſis elementis naturæ conſtat: Incorporea, quæ ab elementari concretione diſcreta; cęleſti, ſeu diuina natura finitur. Cuiuſmodi creduntur cęli ipſi, intelligentiæ, & præſtantiſſimo, imperſcrutabili modo, ipſe Deus.

Locus. Locus, quem diximus meritò reſpondere ſubſtantiæ eſt ipſe ambitus rei locatæ. Licet ſpatium etiam quodlibet dicamus locum. Et quicquid cœlo, ac terra finitur; aut quocunque modo limitatur, aut terminatur.

Quantitas. Quantitas ipſa eſt rerum menſura, finita, vel vnitate, vel numero, cuius ratione, res vnitæ, aut diſgregatæ, dicuntur primo cognoſci.

Tempus. Tempus menſura, ſeu numerus motus, ſignificat etiam ali-

aliquando anni temperiem, moram, diem, mensem, annum, ætatem, vitam: quin etiam tempus dicimus occasionem.

Quicquid preter Quantitatem, inest Substantiæ, Qualitas dicitur; idipsum, quod per se suscipit magis, & minus; Et cuius ratione, res omnes dicuntur quales. Eius quatuor ab Aristotele, tanquam species assignantur. Figura, seu Forma; Potestas, seu Potentia, & Impotentia; Passio, seu Passibilis qualitas; Habitus, seu Dispositio. Figura est superficiei cuiuslibet ambitus. Forma, ambitus corporis. Potentia, vis, seu virtus ad motum; siue impellendo, siue trahendo Passio ipse impulsus. Et Passibilis qualitas, tanquam quædam passibilis passio. Habitus certa, & non facilè mobilis constitutio. Qualit.

Ex quibus qualitatis quatuor speciebus, facilè videri possint deducta posteriora rerum quatuor genera, seu Prædicamenta; vt Potentia, & Passio indicent Agere, & Pati; Figura, & Habitus; Situm esse, & Habere: à nobis Motu, & Quiete indicata.

Ipsius itidem Motus totidem species, nempe quatuor, ab eodem ponuntur. Generatio, & Corruptio, quæ spectat Substantiam: Augmentum, & Decrementum, quod Quantitatem: Alteratio, quæ est Qualitatis: Loci permutatio, id quod Relationi videtur dari. Motus.

Est rerum in natura mixtio, & participatio; sese rebus trahentibus, aut pellentibus: sed Relatio, qua res ipsas cuiusmodi sunt, comparamus, atque compræhendimus, in sola est mente. Et Relatiua dicuntur, quæ cum discrepent, vno tamen cognitionis actu compræhenduntur: vt Relatiuorum appellatione, Opposita, Contraria, Similia, contineri videantur; Causa scilicet, & effectus; Totum, & pars; Genus, & species; Continens, & contentum; Agens, & patiens; Maius, & minus. Vt sit Relatio, tanquam mixtio, ad naturæ similitudinem, ipsamet via cognitionis. Relatio.

Ita quies, ipsa à motu cessatio: quam quæ mouentur omnia videntur tanquam finem spectare. Quies.

Et

Interrogat. Et quot poſita ſunt rerum genera, totidem ſunt etiam præcipuæ interrogandi rationes; quas eodem ordine licet ſpectare, & expedit ponere: cum ex Ariſtotele certiſſimum ſit: eum neſcire diſcere, qui neſciat interrogare. Sunt igitur,

Quid?	Vbi?
Quantum?	Quando?
Quale?	Vnde?
Quomodo?	Quo?

de Subſtantia, Quantitate, Qualitate, & Relatione; Loco, Tempore, Principio, & Fine motus, aut quietis.

Hiſquè ita breui perſpectis; facilè quatuor cauſarum genera, iam diù à Veteribus memoriæ conſignata, aptari videbimus; vt hæc etiam ipſa, noſtrum in vſum conuertamus, eadem ſerie. Ea ſunt, Materia, Forma, Efficiens, Finis.

Materia. Materia, nullo ferè negocio, Subſtantiæ ipſi reſpondere apparet. Eſt enim quod proſtat tanquam Mater, in rerum generatione Materia, ideò tanquam primum eſſentiale principium, elementum, cauſa, ſubiectum; quo exiſtente omnia fiunt, & ſunt.

Forma. Forma, quæ dat eſſe rei: Materia enim informis, eſt propè nihil. ſed Forma ſuper inducta, formæ naturam induit.

Et prima rerum Forma in mente numerus, quoniã numero conſtat prima rerum cognitio. Perficit igitur Materiam Forma: ideò Formam pro pulchritudine, ſeu perfecta corporum compoſitione accipimus. & ideò quantitati ipſi, apta proportione, reſpondet Forma.

Efficiẽs. Efficiens, ſeu impellens ad motum, Qualitate ipſa indicatur; quando, vtriuſque eſt motus. & hæc dicitur rerum efficiens cauſa, quoniam ab extra impellit, vt Forma inducatur.

Finis. Finis, idem ferè quod Terminus; quo res finiri, ac terminari dicuntur: vt idem ſint terminari, & perfici. Perfectionem igitur indicat Finis: ideò res finitæ dicuntur tanquam abſolutæ, & perfectæ; quod nullo indigeant motu, nec poſſint moueri; cum omnis ad finem ſit motus. Finis

igitur quies in rerum natura; Relatio, & cognitio in mente.
Ter igitur quatuor ſunt principia prima cognitionis.

Subſtantia	Locus	Materia
Quant.	Tempus	Forma
Qualitas	Motus	Efficiens
Relatio	Quies	Finis.

Et ſicut omnis ſubſtantiæ ſunt aliqua quantitas, qualitas, relatio: aliquis locus, aliquod tempus, aliquis motus, aliqua quies: aliqua item materia, aliqua forma, aliquod efficiens, aliquis finis: ita cæterorum ſingulorum, aliquo modo dicuntur ſingula. vt eadem, & ſubſtantiæ, & accidentia appareant; ſubſtantiæ ſi ſubijciantur; accidentia ſi prædicentur, vel in recto vocis caſu, vel in obliquo.

Tot igitur ſunt prima entia, quibus cætera omnia tanquam primis rerum generibus finiuntur facile. facile enim omnes ad vniuerſalia prima recurrimus: vt quanto voces vniuerſalia magis ſignificant, tanto etiam ſint magis in rudium etiam hominum vſu. Sic in maiora primum corpora fertur viſus; etiam ſi obtuſior ſit acies: quæ tamen his minora non videt.

Et cum pauca ſint ponenda principia, ne plurimorum commixtione memoria obruatur; quatuor à nobis poſita videri poſſunt, quod ſingula quatuor, quæcunque ſumantur idem fere indicent menti. & nihil his ipſis non compræhendatur, aut indicetur. Ideoque quæcunque diſci, ſciri, aut doceri poſſunt, ſingulis his ipſis quatuor indicantur, quod monſtrabimus; vt eodem ordine ſingula percurramus, & delibatis tandem ſingularum diſciplinarum principijs; res omnes in promptu habere, hiſque vti paruo negocio, quandocunque res ferat, poſſimus. ſi tamen prius quatuor addiderimus quæ omnibus laudandis rebus ſint capita, & principia: cum quæcunque laudare contingat, quatuor his ipſis laudum generibus laudentur, & contrarijs totidem vituperētur: vt quot rerum in natura ſunt genera tot ſint etiã laudum in voce. & ſingula ſuis limitibus finiantur, tum ſapientum, tum rudium vſu. hæc ſunt

Magnitudo, Pulchritudo, Veritas, Bonitas.
Et his contraria;
Paruitas, Deformitas, Falsitas, Malitia. vt eadem fere proportione, hæc etiam respondeant reliquis, eaque indicent, ab ijsque indicentur.

Magnitudo. Magnitudo enim primo indicat quicquid sensu primo apparet. & nihil omnino est, cuius non sit aliqua magnitudo. nec nisi intellectu aliquo Magnitudinis, quicquam compræhendimus. vt sit quantitatis amplissima qualitas, in omnibus, intellectus appræhensione percepta. in substantia dicitur moles. In quantitate continua Magnitudo, in discreta Multitudo; in Qualitate intensio; in Relatione conuenientia. in Loco capacitas, in Tempore duratio; in Motu velocitas, in Quiete status.

Pulchritudo. Pulchritudo est in Magnitudine partium, in vnum concinnata proportio. quam sensu primo compræhendimus in his, quæ sensu percipiuntur: quorum ratione, cætera etiam omnia pulchra, aut deformia dicuntur. quam tanquam quid diuinum, finiri verbis non posse monuit Plato.

Veritas. Veritas ex Aristotele, adæquatio rei cum intellectu. quin etiam in voce. abesse à voce dicitur, quando non significat quod est, aut sicuti est. hanc omnes in omnibus insectamur, eademq; reperta, gaudemus; non reperta dolemus.

Bonitas. Bonitas, id ipsum, quod omnes in omnibus laudamus, & appetimus, tanquàm felicitatis indicium, & postremum in quod fertur voluntas. Et licet Bonitate finiamus Magnitudinem, Pulchritudinem, & Veritatem; quod singula hæc bona habeātur; his tamen aptius Bonitatem finimus. in abstracto, & concreto. ita dicimus, vt magnum significemus aliquid, pulchrum, verum, bonum. vt pulchrum; verum, bonum, magnum. vt verum; bonum, magnum, pulchrum. vt bonum; magnum, pulchrum, verum. licet bonum quocumque modo sumatur, in plura prorsus se extendat. Atq; ita sexdecim numero sunt, ex quibus vna positis, & consеptis, omnium rerum facile cognitio eruitur, tanquam ex vniuersalibus primo cognitis.

Sub-

Subſtantia	Locus	Materia	Magnum
Quant.	Tempus	Forma	Pulchrum
Qual.	Motus	Efficiens	Verum
Relat.	Quies	Finis.	Bonum.

Et Magnum, Pulchrum, Verum, Bonum, ſumimus pro Magnitudine, Pulchritudine, Veritate, & Bonitate; in abſtracto, & ſubſtantiue, licet hæ ſubſtantiæ non ſint, ſed accidentia, quæ de omnibus tum ſubſtantijs, tum accidentibus prædicentur. Nec temere hoc ipſo ordine poſita videantur, vt Magnitudo reſpondeat Subſtantiæ, Loco, & Materiæ; cum his ipſis primo magnitudo inherere, & de ipſis dici videatur, in his, ſenſu apparere prima, & prima prorſus cognoſci. Pulchritudo vero Quantitati, Tempori, & Formæ; quoniam conſtat numero, ſeu apte diſpoſita quantitate, quæ etiam loco pulchritudinis forma dicitur. Veritas Qualitati, Motui, Efficienti, quoniam ex motu cognoſcimus, quid verum, quid falſum ſit; ex eoq; ſentimus verum. Bonitas Relationi, Quieti, Fini, quoniam nihil eſt Bonitas, niſi id ipſum, in quod omnia naturæ inſtinctu, per ſe feruntur. ideo vnam Bonitatem rerum omnium dicimus quietem, & finem. Cũ igitur ſcire, ex Ariſtotele, ſit rem per cauſam cognoſcere, hæc ipſa Principia tanquam cauſas expediuit ita explorare, vt ex his cęterorum dimanet cognitio. At hæc non diſtinctæ, ſed tantum confuſæ cognitionis, ſunt cauſæ. ideò tunc primum, cum earum amplitudo proprijs rei differentijs arctatur, fit ipſa in mente finitio, ipſum demonſtrandi, ſeu diſcendi, atque docendi aptiſſimum inſtrumentum, cauſa cognitionis. vt qui ſcit veras rerum finitiones, is propriè dicatur ſcire. Et veræ dicuntur, quæ rem definitam inter genus, & differentiam, tanquam inter ſummum, & imum; ſeu extimum, atque intimum, mediã, proximè ſpectant. ſi enim diſtent, demonſtrationi fit locus; adhibito medio, tanquam menſura. Cum vero idem in nobis omnibus non ſit ingenij acumen: & qui obtuſius cernunt, facile quæ perſpicaciores vident, tanquam falſa contemnant; fit vt in rerum, quæ in mente ſunt, finitione, non vna ſit omnium ſententia.

Magnit. Pulch. Veritas. Bonitas. Finitio. Demõſt.

definitioni tamen ſtandum eſſe nemo eſt, qui neget. hanc venamur tum componendo, tum diuidendo; ſeu tum aſcendendo à ſenſu, tum deſcendendo ab intellectu; & eadem, componendo in vnum, in quod nos tendimus. & cum quot rerum ſunt prima genera, tot ſcibilium neceſſe ſit eſſe, quatuor omnino erunt, in quibus hominum perſcrutatio, ad veri indagationem verſatur. in quibuſq; eum aciem figere oportet, qui velit de omnibus poſſe, aut dicere, aut meditari, eodem ordine tenenda, quo rerum genera conſtant. Ideo cum primo loco Subſtantia ſe offerat; & cum ad rerum cognitionem nihil æque faciat, ac propria ipſa faciunt rerum nomina; quod & aſſeruit Ariſtoteles, & Plato monſtrauit, ideo nomina rerum ſunt primus diſcenti labor. Nomi-

Gramm. na, & nominum nexus quæ docet, ſeu ars, ſeu diſciplina Grammatica dicta à Græcis, tanquam ſcibilium ſubſtantia, eſt. hæc primas rerum tum quæ natura conſtant, tum quæ intellectu, compoſita & incompoſita, continet definitiones. & quicquid ſcimus ab ipſa nominum notitia primo pendere omnes cum videamus; ideo vbique terrarum, niſi gentes prorſus barbaræ, & indociles ſint, alienis linguis diſcendis, grammaticis monitis, inſtant; nihil ſine grammaticis principijs ſciri penitus rati. & πολυγλόττον, tanquam omniſciū ſcimus à Græcis dictum, quod habentem principiorum notionem, quæ ſciri poſſunt facile omnia conſequantur. Tanquam igitur ſcibilium omnium ſubſtantia, omnium conſenſu, grammatica principia ſunt.

Mathem. At quoniam Subſtantiæ inter genera rerum, proxime accedit Quantitas, ideo primas à Grammatica diſciplinas de Quantitate eſſe perſuademur: quas tanquam primas diſciplinas μαθήματα Græci dixerunt. Quantitas eſt ipſe numerus; cuius cum ſit principium vnitas, nec ipſa ſit numerus, nec tamen eam tanquam principium deceat ignorare, nec niſi quantitate finiri poſſit, dicta duplex eſt Quantitas (quod ſupra memorauimus) Continua, & Diſcreta. hinc duplex

Geomet. Diſciplinæ nomen à Græcis dictum Geometria, & Arith-
Arithm. metica. eius eſt vnionem in his, quæ ſenſu percipimus ſpecta-

ctare, & metiri, huius diuiſionem. Ab his pendent tanquam Artes, à Geometria Optices, (quam Græci vocant) & Muſica. quarum prior numerum ſpectat, atque cognoſcit oculis, poſterior auribus, eundem metitur. His primis cognitis, patet in Qualitatis inſpectionem aſcenſus. Quam vniuerſam cognitionis partem, à Pythagora moniti, Philoſophiam dixerunt Græci. hæc qualitatem, ex quantitate cognita coniicit, ſicut mathemata quantitatem ex naturali aliqua qualitatis notione coniectant. Ex his primo obijciuntur, quæ primo menti adhærent vniuerſalia. ex particularium ſenſu, agente natura, deducta in Intellectum. cuiuſmodi ſunt Logica, Rhetorica, Poeſis. quæ cum qualitates in mente ſpectent, rationem explicant voce. Optica. Muſica. Philoſ. Logica. Rhetor. Poeſis.

At quæ pars Philoſophiæ vniuerſam rerum Naturam, extra hominem ſpeculatur, Phyſica, à Græcis deducto nomine, tanquam Naturæ indagatrix dicta, dum elementorum, atque cælorum qualitates, effectus, & cauſas aperit, atque docet; auctoritatem ſibi apud ignaros facile comparat; & honori habetur, quod ex abditarum rerum cognitione, intellectu cæteris cenſeatur præſtare. Phyſica. Aſtrol.

Sed non tamen hæc ipſa pars Philoſophiæ præſtantiſſima eſt. cum ipſa met compoſitio morum, moralis virtutis forma, in humanis bonis, ſit rerum ſumma. Præſtantiſſima igitur eſt, atque habetur, quæ, AEthica dicitur, ſiue de Moribus componendis in voluntate, atque humanis actibus, Philoſophia. Et ſicut à naturali Philoſophia ars, ſeu diſciplina deducitur, curandis corporibus Medicina duplex; cæterarum omnium, quæ naturam ſpeculantur præſtantiſſima, ita ab AEthica deducuntur, quæ Reipublicæ valetudinem curent, Iuris prudentia; & Militaris, contra hoſtium impetus, Diſciplina. Sed nec his ipſis omnem cognitionem finiri mõſtrat ipſa Subſtantiæ, Quantitati, & Qualitati adnexa ſupremo loco, Relatio. hæc enim poſita principiorum loco Encyclopediam in diſcendis docet; cum nihil ſine relatione, monſtratum ſit ſciri. Quin cum, quæ mouentur in natura mouente indigeant, nec tamen infinita detur mouentium Ethica. Medicina. Iuriſpr. Ars mil.

mul-

multitudo, vt neceſſario ſit ad aliquod primum, ad quod tanquam ad ſupremum cætera referantur, deueniendum, inque huiuſmodi primam motuum cauſam, cum mens feratur, hanc ipſam tanquam ſupra naturam indagatio-

Metaphi Theol. nem, Ariſtoteles Metaphyſicam dixit; nos præſtantiori ſignificatione Theologiam vocamus. Hæc vna cæterarum omnium faſtigium, omnes honeſtat, quod cæteræ ſcientiam pariant, hæc conſcientiam paret. cæteræ intellectum in verum dirigant, hæc voluntatem in bonum ducat. Hæc igitur diſciplinarum eſt ſeries, & hic eſt nexus. & ideo merito in poſitis principijs, reſpondent Relationi Bonum, Finis quies. Sicut Qualitati Verum Efficiens, & Motus. Quantitati, Pulchrum, Forma, & Tempus, Subſtantiæ, Magnum Materia, & Locus. de quibus tamen nihil eſt, quod in præſens plura afferamus. De ipſis diſciplinis pauca eodem ordine proferemus: de nomine, finitione, præſtantia, inſtituto, & elementis, quibus tanquam ſeptis teneatur, ac ſtipetur cognitio, quam ſpectamus; non longis commentis, ſed quanto poterimus breuius, vt quo tendimus, quamcitiſſime properemus.

Præteriri tamen à nobis pro noſtro inſtituto, hęc inſpectio non poteſt. cum enim intelligentem oporteat phantaſmata ſpeculari, & ars ex multis memorijs, Ariſtotelis monitu fiat, ideo diſciplinarum imagines, vel ſaltem delineatas, uidere figere primo, & memoriam in his verſare die, noctuque oportet: vt tanquam ex penu quando libuerit, liceat ſingula promere, & ex his cætera comparare. ſicut enim ſcribendi (quod ait Flaccus) recte, ſapere eſt & principium, & fons, ita eſt etiam ſentiendi. His expeditis, quæ via ſit in omnibus inueniendis, & iudicandis cęteris, pręferenda, videbimus. quę eam anguſtię intercludant, quo niſu inſtandum ſit: cui de fruge, quam ſpondemus, ſperandum: cui ſit deſperandum. quæ vere ſciri poſſint, quæ non poſſint; quę ſola opinione, atque hominum firma conſenſione conſtent, à qua non liceat recedere; & quę fide, ſeu diuini arcani auctoritate.

Et

Et cum quę vere ſciri poſſunt, præter vulgaria, & ſenſu nota, pauca ſint; & plurima, præſertim circa humanos actus, vſu, atque opinione nitantur; & cum in his inueſtigandis, hominum plurima pars verſetur, & facile in vtranque partem diſceptando, patere aditus videatur, id ipſum curabimus, vt quam proxime ad demonſtrationem accedere videamur: quod Hyppias, Gorgias, & cæteri eiuſdem notæ Philoſophi fecerunt, vt ſibi niſi veram ſapientiam, ſaltem vulgo captarent laudatam opinionem. Quod ipſum vniuerſum ſtudium, in boni cognitione, & in veræ rationis vſu verſatum, plures, noſtris etiam prope temporibus, extulerunt; præſertim is, de quo in Præfatione monuimus, Raimũdus Lullius, qui quantos in ſcupulos ſpes ſibi temere creditas, agat; docent præter cæteros, Rodulphus Agricola, alter è Scithia Anacarſis; & Louanienſis Cornelius Gemma. præterquam quod nos etiam aliquo tempore experti ſumus. Is quæ nos quatuor, nouem facit principia. è noſtris Pulchritudinem expungit, quinque addit, de quibus etiam mox dicemus.

Sed iam nunc Grammatica ipſa principia videamus.

GRAMMATICA.



RAMMATICA recte loquendi, ſcribendi, legendi, ars triſtiſſima hæc legentibus, facile omnibus deſpicatui eſt; quod minuta, & exilia, ſerio; ac tanquam plurimi momenti pertractet, cum tamen id niſi fiat, nihil pene poſſit, tuto, aut diſci, aut doceri; Sed quoniam quod ait Plato, χαλεπὸν καλὸν, difficile, pulchrum; ideo ex pręſtantiſſimis etiam Philoſophis, fuerunt, qui honoris ergo,

gram-

grammatici voluerint & haberi, & dici. Quin Stoici ſemper in vna Grammatica ſibi inſtandum, honorificum cenſuerunt; quod in ipſa oratione, vniuerſa conquieſcat Philoſophia. Crates, Attali Regis apud Romanos Nuncius, eodem tempore Grammaticum egit: & auditores habuiſſe fertur aſſiduos Ariſtarcum, Valerium Probum, Ariſtodemum: Heliodorus, qui Deorum geneſim ſcripſit; Philoxenus, qui de generibus linguarum; Marcus Varro, vir Conſularis; Apollonius, Herodiani pater: is qui primus ex Philoſophiæ aditu, erutis rationibus, grammaticam munijt; grammatici nomen, honoris ergo, ſibi adſcripſerunt. Priſcianus item græcus, idemque ſapiens homo, ad aucupandam Romanorum gratiam, latinæ linguæ, quam habemus grammaticam, ſcripſit. Plurimi præterea præſtantes viri famam ſibi, ſolius grammatices laude, quæſiuere. quod Suetonius Tranquillus, ipſe etiam Grammaticum profeſſus, teſtatur in eo, quem de claris Grammaticis libellum edidit. Huc etiam ſpectaſſe videri poteſt Socratis illud, loquere vt te videam.

Grammatices igitur, cum nobis primo, ex dictis, de ea futurus ſit ſermo, ponantur elementa Littera, Syllaba, Dictio, Oratio. & ſingulorum tanquam paſſiones.

Orthographia, Proſodia, Ethymologia. Syntaxis.

Littera. Litteræ, fere omnibus, ſunt duo, & viginti. Hebræi, qui Grammaticam dicunt difficile inuentum, differentias in ſuis ratione gutturis, palati, dentium faciunt. Græci, & Latini, ratione ſoni, diuidunt litteras in vocales, & conſonas. has, in tenues, mutas, & adſpiratas. Hebræi ſoli, vocales non habentes, punctis pro his vtuntur. proprias caracterum, ſeu litterarum figuras, habent ſingula idiomata; quod monſtrauit, non procul ab his temporibus diligenti indagatione Theſeus Ambroſius. Hebræorum ſingulas non caſu, ſed ratione, Io. Goropius Becanus indicauit conſtare. gręcas etiam aliqui cenſent. Hebræarum inuentio tribuitur Noe, Abraham, Moyſi: Græcarum Saturno, Herculi, Bacco, Perſeo Pythagoræ, Palamedi.

La-

Latinarum Euandro, Carmentæ, & cæteris. Aegyptiarum Mercurio, & alijs. Ratio litteras pingendi, Orthographia, Grammaticis laudem à principio comparauit. & litterati primo dicti sunt doctiores.

Syllaba coitio litterarum in vnum sonum, duarum, trium, ad summum quatuor. vocalis etiam, per se syllaba nfacit. nec nisi vna vocali, syllaba constat. si plures sint, præter vnam, reliquæ consonæ fiunt. Syllaba omnis, aut longa, aut breuis dicitur, quod prolatio sit longa, vel breuis. Syllabarum prolationis cognitio dicitur prosodia. de qua aliqua cum de Rhetorica, & Poæsi erit sermo, attingemus. Syllaba.

Dictio, tertium Elementum; vox syllabis de se constans, aliquid, præter sonum significans, vna etiam constat quandoquè syllaba. sed vna, vt plurimum, non res, quin potius rerum significat differētias. Dictiones, solent, à grāmaticis, tanquam partes orationis, diuidi in Nomen, Verbum, Aduerbium, Pronomen, Articulum, Præpositionem, Coniunctionem, Interiectionem. Præter Nomen, & Verbum, cætera contemnenda, quod vsu innotescant, cum putarint Hebræi; nos etiam prætermittemus. quod trita sint, & minus conferant rei nostræ. Interrogandi formas, suis locis, ponemus primo; vt hæc præmissis nectantur. Deinde Grammaticas regulas, ex hętrusco, quo vtimur in præsenti, sermone, hauriemus: eiquè aptabimus, vt faciliùs latina, & græca innotescant: Italorum præsertim commoditati; quibus adstrictum, leue est insudare. Dictio.

Tertio, Verba (id nemo ante nos fecit,) (vt Agere, Pati, Situm esse, & Habere, à nostris non exulent; licet ea superiùs abdicasse, videamur): in quatuor hæc genera redigemus. quod, plurimo discentium, & volentium de qualibet re disserere, commodo fiet. Si tamen prius non prætermittenda, non prætermiserimus quædam. Verba.

Articulus nobis sicut Hebræis, & Græcis indicat Latinorum nominum casum. cum tamen non sit Latinis. Articul.

Præpositio particula, nominibus, & verbis præfixa, significationem addit, aut minuit. indicat quandoquè discre- Pręposi.

pantiam, quandoquè conuenientiam.

Interiec. Coiunct. Indicant, Interiectio, admirationem; Coniunctio, vnionem. licet Coniunctio dicatur copulatiua, & disiunctiua. Negatio Negatio, disgregationem. Eademquè semper his forma, eadem etiam Aduerbijs. quod hæc nō rem, sed potius modum significent.

Nomen, & Verbum. Nomen & Verbum cū, vtrumque Latinis,& Græcis, formas diuersas habeat, per casus; Hebræis, & nobis id vix contingit.

Nomen rem; Verbum rei modum: siue Nomen materiā, Verbum, formam significat. Nomen ea, quæ potissimum loco finiuntur; Verbum, quæ tempore. Nominis sunt declinatio, per Casus, & Numeri, & Genera.

Casus. Hetrusca lingua, licet à Latinis fontibus deriuata, cum Hebræa, Galla, Hispana, casus in eodem numero non sentit. Numeri, dicuntur singularis, atque pluralis forma. quæ differentiam omnibus communis est.

Genus. Et cum tria nominum, Græcis, ac Latinis, dicantur genera, masculinum, fęmininum, neutrum, postremum in Græcis primum Prothagoram aduertisse innuit Aristoteles; nos cum Hebræis id vix sentimus. Et nomina omnia vocalibus litteris terminamus. quas tamen ad vitandam in concursu cacophoniam, non rarò elidimus; & apostrophi elisionem signamus. quod cæteræ etiam aliquando faciunt linguæ, excepta Latina.

Masculina nomina nobis terminantur, potissimum Primo Singularis casu, O, & E. Fęminina A, & E. Plurali O, & E, fit I; A, fit E.

Primi, & quarti casus idem nobis articulus, ideò cum quarti sit rem patientem significare, facilè sententia fit ambigua. ideò in agentis, ac patientis nominis constructione insudat ferè in omnibus, grammaticorum industria.

Nomina Nomine res significata, aut est Substantia, aut Quantitas, aut Qualitas, aut Relatio, aut Locus, aut Tempus, aut Motus, aut Quies, aut Nomen substantiuū, aut adiectiuum, quod alterum substantiam, seu quid substantiuè pronunciatum,

ciatum, alterum inhærens accidens significet; seu potius rem accidenti affectam.

Sunt Nominum etiam, quæ pronomina dicuntur primitiua, deriuatiua: primitiua personas indicant, primam, secundam, tertiam; eum, qui loquitur, qui audit, & de quo sermo est. Ego, Tu, Ille, & cætera vtroque numero notissima.

Pro significandi varietate, in nominibus declinationes, ferè omnibus quinque: præter nostrates, qui id non habent.

Participio, seu nomine à verbo deducto, omnes linguæ, quantum nouimus, vtuntur, sed non totidem omnes formis.

Gerundium triplex soli Latini; Soli etiam Supinum agnoscunt.

Sunt Græcis, ac Latinis Nomina Comparatiua, & Superlatiua dicta, ex adiectiuis formata, plurima; magis, & minus significantia, nobis cum Hebræis vix vlla sunt.

Verborum omnibus sunt ferè quatuor genera. præter ea, quæ modum non tenent, Anomala dicta. His ad varias temporis differentias, varij omnibus in fine casus. & varij modi in rebus indicandis, imperandis, optandis, subdendis. Verbum.

Infinitum est tanquam verbi nomen, quo linguæ omnes necessario vtuntur. Græci cum Latinis formam tum actiuam, tum passiuam verborum habent: nos cum Hebræis passiua caremus; sed verbo substantiuo damnum sarcimus. Sicut etiam proximè præteriti temporis actiui, verbo Habere. ideò Latinorum partitio verborum in Actiua, Passiua, Neutra, Communia, Deponentia, passiuam formam non admittentibus, nulla est. Impersonalium Verborum aliquis omnibus vsus. Infinitũ.

Hoc de forma nominum, ac verborum, seu de dictione in vniuersum indicasse sufficiat. Iam de ipsa Oratione sit sermo. Et quoniam Oratio, seu Locutio totum est Grammatices opus, cum qui loquitur potissimum, aut interroget, vt discat; aut respondeat, vt doceat; interrogandi formas primo loco ponemus. vt his cognitis, sciat quis, ac possit, non casu, & temerè, sed aptè de omnibus interrogare; Oratio.

 & quan-

& quando ſit his ſatisfactum, ſciat nihil præterea eſſe, quod de qualibet re,quæri poſsit.quarum prę́ſtantiſsimę ſuperiùs adductæ ſunt octo :

Quid? Quantum? Quale? Quomodo?
Vbi? Quando? Vnde? Quo?

Quæ tamen non explent numerum. cum enim circa quantitatem ſit plurimum diſcendi negotium, de ea quatuor quæri ſolent.

Quot? Quotum? Quotuplex? Quotuplum?

Motus item eſt Qua? tranſitus.

Temporis præter Quando? ſunt Quoties? Quandiu? Quouſque?

Sunt per caſus.

Cuius? Cui? Quid? Quo?

Tanquam poſsidentis,accipientis, rei tributæ, & tribuentis.

Sunt etiam præpoſitionum A,De, Ex,Cum, In, Per, Pro, Ad, notiſsima additione, interrogationes, pro rerum diuerſitate. Eſt pro æſtimatione pretij, ſicut exiſtimatione virtutis Quanti? Poſtrema, quæ non definitionem, ſed demonſtrationem quærit, eſt Quare?

His quando eſt ſatisfactum, nihil,quod ad nudam rei definitionem attineat, quærendum reſtat. Reliquæ ſunt interrogationes de actione, paſsione, ſitu, atque habitu, de quibus mox erit agendum.

Loco Quid?, de homine interrogamus Quis? vt detur loco generis genitor, aut patria, aut familia, aut proprium nomen. aut attributum aliud.

Quantum? petit longum, latum, profundum.

Quale? figuram, potentiam, paſsionem, habitum.

Quomodo? compoſitionem, ſeu connexionem. Nec eſt, quod in cæteris immoremur.

Grammaticas regulas ex Hętruſco ſermone, quod propoſuimus, nouis, prorſus obſeruationibus hauriemus, ſi particulas obſeruemus, *Di*, *A*. *Da*. *In*, *Con*, *Per*. *Chi*, *Che*, *Ciò*.

Di. *Di*, quando indicat poſsidentem, inhærentem, aut quanti-

quantitatem. tunc secundo respondet casui. vt *Robba di Francesco*, res Francisci. *Color di oro*, Color auri. *Numero di molti*, Numerus multorum.

Quando, pręcedente Substantiuo verbo, sequitur aliqua ex his vocibus *Dolore*, *Piacere*, *Cura*, & huiusmodi, Respondet tertio. *Mi sei di dolore*, mihi es dolori. *di piacere*, voluptati. *di danno*, damno.

Quando præcedunt huiusmodi verba, *Pregare*, *Ammonire*, *Temere*, *Ricordarsi*. *Hauer odore*, *sapore*, & similia. respondet quarto. vt *Ti prego di questa gratia*, id te oro. *Ti ammonisco di questo*, id moneo. *Temo di questo*, id timeo.

Sexto, si pręcedant Adiectiua *Grande*, *Piccolo*, *Pieno*, *Vuoto*. aut particula Più, respondet sexto.

Grande, *Piccolo*, *Pieno di virtù*. Magnus, paruus, plenus virtute.

Ita etiam post verba motum significātia. vt *Vengo di Roma*, *di Villa*. Venio Roma, Rure.

Quandocunque signat formam, aut finem, indicat Latinum De. vt *Penso di te*, *Parlo di te*. Cogito de te, de te loquor.

Quando signat materiam indicat E, vel Ex.

Casa di sasso. Domus ex lapide.

Ante Infinitum, si pręcedat cupiditas respondet Gerundio latino in Di. Si verò nomen in verbum transeat, Infinitum tenetur, vt *Desiderio di leggere*, Cupiditas legendi. *Desidero di leggere*, Cupio legere.

Si præcedens verbum indicet quid futurum, respondet Participio futuro, vel Subiunctiuo, cum Vt.

Spero di andare, Spero me iturum.

Procuro di star sano, Curo, vt valeam.



Ita si Infinitum duplex sequatur, vt

So di douer fare, Scio me facturum.

Sò di douer essere amato, Sciò me amandum.

Notant etiam Latina Aduerbia. Loci. *Di quì. di costì. de lì. di quà. di costà. di là. di sotto. di sopra. di dentro. di fuori. di rimpetto. di fiāco. di costa. di vicino. di lōtano. di giù. di sù.*

Tem-

Temporis. *Di giorno. di dì. di notte. di sera. di matina. di buon'hora. di presente. di poco fà. di quì a poco. di quì ad vn pezzo. di continuo. di rado. di mano in mano. di subito. d'Inuerno. di Primauera. d'Estate. d'Autunno.*

Præterea sunt. *Son di parere. di voglia. di animo. di mio consenso. di bene in meglio. di male in peggio. di vna cosa in vn'altra. di palese. di nascosto. di botto. di leggiero. di peso. fà di mestiero. dò di piglio. dò di mano. dì*, pro dicas. *di sì. di nò. di non.*

A. A, addita personæ, cui aliquid tribuitur, aut cui seruitur indicat tertium casum. *Dò à te*, Do tibi. *Seruò à te.* Seruio tibi.

Sed si tribuatur doctrina, aut instructio indicat quartum, vt *Insegno à te*, Doceo te.

Ita etiam quando præcedit nomen proprium Ciuitatis, aut Domus, & Rus. vt *Vò à Roma*, Eo Romam. *à casa*, Domum. *alla Villa*. Rus.

In cæteris respondet Ad. *Vengo alla Città*, Venio ad Vrbem. *Vengo a te*, Venio ad te.

Ita etiam si Infinitum sequatur, sed infinitum transit in gerundium in Dum; vel in Di cum Causa; vel in Supinum in Vm; vel in Participium actiuum futurum; vel in Subiunctiuum cum vt. vt

Vò à leggere. Eo ad legendum. lectum, lecturus, causa legendi; vt legam.

Si infinito exprimatur passio, respondet participio passiuo, & Supino in V. & Subiunctiuo passiuo cum Vt; & Infinito passiuo. vt

Vò ad esser vdito. Eo audiendus, auditu, vt audiar, audiri.

Supino etiam in V. respondet, quando præcedunt voces *Possibile, Mirabile, Facile, Difficile.*

Difficile à fare, à dire. Difficile factu, dictu, &c.

Post *Comincio, Imparo, Insegno*, respondet ipsummet Infinitum. Vt

Comincio à leggere, Incipio leggere. Dicimus etiam, *Bisogna*

gna à me, idem, quod Indigeo. *Appartiene à me*. Pertinet, Spectat, Attinet ad me. Interest, & refert mea.

Loci differentias indicant nullis legibus stricta,

A canto. a torno. a tondo. a tergo. a dentro. a capo. ad alto. a dritto. a trauerso. a piano. a basso. a man destra. a man sinistra. al mondo. all'in giù. all'in sù.

Temporis differentias indicant nullis legibus;

A tempo. ad hora. a buon'hora. al tardi. a sera. a notte. a giorno. a mezo giorno. a meza notte. a mezo il corso. al dì. a dì per dì. a hora per hora. di quì a poco. di quì ad vn pezzo. ad agio. a bada.

Sunt præterea. *A cauallo. a piedi. a mano. a nuoto. a posta. a Studio. a braccia. a marauiglia. a caso. a fatto. a pieno. a punto. a gioco. a guisa. a bocca. a ragione. a fatiga. a fidanza. a grado. a gara. a viaggio. a memoria. a schiso. a petto. a proua. a ciò. a fè. a vicenda. a seconda. a diso. a faccia a faccia. a faccia scoperta. a parte a parte. a paro a paro. a mano a mano. a poco a poco. a passo a passo. ad vno ad vno. a botta a botta. a spada tratta. a tutta briglia. a man salua. a piena voce. a pieno popolo. a dire il vero. all'arriuo. all'andare. alla cera. al fine, alla fine. fino al fine. lasso fare à te. fò a scriuere. fò a palla.* Et similia, quæ tanquam minima prætermus.

Da, tertio loco numeratam particulam, quæ indicat de se, Latinis, A, Ab, E, Ex, De. si sequatur proprij loci nomen, aut Domus, aut Rus, sexto soli casui respondet, vt Da.

Vengo da Roma, dalla Casa, dalla Villa. Venio Roma, Domo, Rure.

Aliquando indicat Ad. *Vengo da te*.

Præcedens Infinitũ verbi, indicat Gerundium; & Participium, vel actiuum, vel passiuum, iuxta verbi significationem.

E da fare, est faciendum.

Hò da fare, Sum facturus. vel negocijs teneor.

Dò da fare. Faciendum do. vel negotium facio.

Dicimus etiam, *Son da te*. quod est, faueo rebus tuis. Aliquãdo, *Siamo da diece*. quod Latinis paulò plus, minusuè.

Pro

Pro loci, ac temporis differentis præter regulas.

Loci. *Da capo. da piedi. da alto. da basso. da canto. da tergo. da fondo. da dritto. da rouerso. da capo a piedi. da alto à basso.*

Temporis. *Da prima. da poi. da indi in quà. da poco in quà. da vn'anno incirca. da picciolo. da grande. da giouane. da huomo. da vecchio.*

Præterea. *Da bene. da poco. da nulla. da tanto. da huomo da bene. da cena. da dormire. da vero. da douero. da senno. da scherzo. da conto. da ciò. da parole. da fatti. da viaggio. da parte. da parte mia. da che. da me stesso. da far fatti. hò da essere. hò da fare. hò da hauere. hò da dare. hò da vendere. hò da pensare. stò da me. dò da fare.* Et similia.

Atque quod ad *Di, A, Da*, articulos attinet, idem sonant.

Singul. Masc. *D', di, del, dello.* Fœm. *Dela, della.* Masc. *A, ad, al, à lo, allo.* Fœm. *Ala, alla.* Masc. *Da, dal, dalo, dallo.* Fœm. *Dala, Dalla.*

Plur. Masc. *D', de, delli, degli.* Fœm. *Dele, delle.* Masc. *Ai, ali, alli, agli.* Fœm. *Ale, alle.* Masc. *Dai, dali, dalli, dagli.* Fœm. *Dale, dalle.*

In. *In*, particula ab Hetruscis loco, & tempori; quæ à Latinis loco tantum, præfigitur. etiam abijcitur, vbi loci proprium est nomen; aut Domus, aut Rus. Sed si proprium loci nomen finiat A, & verbum quietem signet, indicat secundum casum. Si finiat alia littera, indicat tertium. Si plurali tantum numero res dicatur latinè, sextum. Si verbum significet motum, indicat quartum.

Si Infinito deseruiat, Gerundio latino in Do, respondet. Si Infinito, substantiuum nomen rei patientis nectatur, respondet etiam Participio passiuo. Aliquando idem quod A, significat.

In, pro loci differentis præter regulas.

In sù. in giù. in alto. in basso. in canto. in costa. incontro. innanzi. in dietro. in dentro. in fuori. in mezo. in verso. insieme. in quà. in là.

Pro temporis differentis præter regulas.

In

In tempo. in principio. in fine. in breue, in longo, in mantinente. in perpetuo. in sul tardi. in sul alba. d'hora in hora. in tanto. in questo.

Sunt præterea. *In quanto. in pie. in dosso. in assetto. in arnese. in camino. in publico. in tutto. in luogo mio. in fede mia. in vero. in forte. in vano. in oltre. in saluo. in fatti. in abondanza. in questo mezo. in questo mentre. in conclusione. in fastidio. in horrore. in pensiero. in mente.*

Con, quod latinè est Cum, sed vsu crebriori, indicat enim æque concomitantiam, & instrumentum, Cum, concomitantiam tantum. Con.

Si eam Infinitum sequatur, respondet Gerundio in Do.

Post verbum *Rallegrarsi*, indicat tertium Latinis casum.

Dicimus præter regulas. *Con licenza. con riuerenza. con esso meco. con tutto ciò. con tutto che. con che.*

Per, etiam vsui Latinis. sed non æquis legibus: dicit enim Hetruscis, tum medium, tum finem: Latinis, medium tantum. nisi sit medium, nomen Ciuitatis proprium, cum eam tunc abijciant Latini. Quando indicatur finis, respondent Prò, & Propter. Præponitur sæpè Infinito. & respondet Gerundio in Do; vel in Di, cum causa; vel in Dum, cum Ad. Et præcedente verbo substantiuo, Participio actiuo futuro respondet. Per.

Præter regulas sunt. *Perche. per non. per ciò che. per lo che. per questo. per tanto. per ciò. per quanto. per apunto. per certo. per dinari. per Dio. per Dio gratia. per bene. per buono. per caso. per nome. per mezo. per ordine. per dispetto. per disprezzo. per inganno. per piacere. per ischerzo. per arte. per sorte. per fortuna. per ventura. per disgratia. per niente. per parte. per amicitia. per proua. per stratio. per hora. per vno. per due. giorna per giorno. stò per fare. son per fare. stà per te. hò per male. hò per fatto. dò per ciò.*

Che, indicat Latinis Qui, Quæ, Quod, & Quem, Quam, Quod. Et eadem etiam plurali numero. Inter duo verba indicat potissimum, aut Participium, aut Infinitum. Che.

Admittit Articulum neutrum tanquam Relatiuum.

Che che, Quicquid. *Di che*, Cuius rei. *A che*, Cui rei.

Chi, dicit Quis, aut qui.

Chi che sia. Quisquis.

Chi mi sia. Qui sim.

Ne, idem quandoquè, quod Nec. Quandoquè etiam significat In. Nos, Nobis. Hinc, Isthinc, Illhinc.

Ex his patet, AD Latinum, significare. Hetruscis *A*, *Per*.

CVM, significare *Con*, *Quando*, *Essendo che*, *Sì*.

DE, significare *Da*, *Di*, *Con*.

IN, significare *In*, *Contra*, *Verso*, *In fauore*.

PER, *Per*, *Da*.

PRO, OB, PROPTER, *Per*.

QVOD respondent, *Che*, *Il che*. *Quanto à quello che*. *Perche*.

VT, *Come*, *Accioche*, *Per*.

His animaduersis, grammaticas tricas facilè putamus dissolui.

Verborũ genéra. Quod verò ad verba attinet, passiuam verborum formã, Hebræorum more Hetrusci, verbi substantiui vsu explent. quod diximus. Vsu etiam verbi Habere sarcimus damnum Præteriti actiui; ad eorundem imitationem; Participij passiui additione. Cum actiuum non nisi aliundè, tanquam vi tractum, habeamus.

Inflexionum genera in verbis, quatuor; sicut Latinis, tanquam notissima præterimus. Vna nobis Infiniti, vna Gerundij, vna Participij est forma. Pro Gerundio in Di, & Dum, vtimur Infinito, quod Græcis, atque Hebræis contingit.

Quod Latinis est, Essem; Hetruscis sunt, *Fossi*, & *sarei*, & in cæteris etiam verbis, vsu id venit.

Verborũ genera. Genera Verborũ quatuor. bina motum, bina item quietem significantia. Agere, Pati. Situm esse, Habere. quæ diximus pro faciliori captu, Habere, & Haberi; Mouere, & Moueri. Cumquè hoc ipsum obseruare plurimum faciat ad

rerum

rerum perſcrutationem, vt ipſa conſtet Methodi ratio, potioris ſignificationis verba, cæteris prætermiſſis, in ſuum ordinem redigemus. Ita tamen, vt quæ ſunt quatuor, fiant Hetruſcæ linguæ monitu ſeptem, Tot enim monoſyllaba primis Præſentis temporis perſonis, nec plura, habemus Hetruſci. ea ſunt·

Son, *Stò*, *Vò*, *Hò*, *Sò*, *Fò*, *Dò*.

vt tamen ipſa tantum quatuor genera Agere, Pati Situm eſſe, & Habere, ſeu duplicem motum, & duplicem quietem includant. Eſſe enim, ex Ariſtotele eſt quoddam pati. Stare, ſitum indicat. Scire, eſt quoddam habere. Ire, & Dare ſunt quoddam Agere. Ita verò ſe conſequuntur, vt primo ſit Eſſe; Deinde Situs; tertio Motus; quarto Habitus; quinto, tanquam inter omnes habitus perfectum quid, Scire. Sexto Facere, ſeu Agere; Septimo Dare, ſeu Tribuere; virtutis, ac vitij argumentum. Vt igitur de qualibet re methodicè diſſerere, ac paruo negotio quis poſſit aptabimus, niſi omnia, ſaltem præſtantiora, huic ordini, verba. ita memoria reddet facilius; & memòriam vis ingenij vberius conſequetur. Latinis vtemur.

A Loco,Tempore,Motu,& Quiete, tenentes viam, ponimus primo loco, tanquam Eſſe.

Vocari,dici, haberi,ſeu videri. Viuere, valere, ægrotare.

Ratione loci dicuntur omnia. Hærere, pendere, eminere, imminere, vergere, ſpectare, patere, latere.

Ratione paſſionum in corpore. Frigere, ſiccere, humere, calere. & virere, arere, albere, nigrere, pallere, rubere, &c.

Animalia. Stare, ſedere, iacere, cubare, incumbere, degere.

Ratione loci,& tēporis.Morari,cūctari,ociari, quieſcere.

Ratione paſſionum vitæ. Eſurire, ſitire, gaudere, dolere, mærere, iraſci, indignari, furere.

Ratione motus in vniuerſum dicuntur res primo.

Fieri, euadere, naſci, mori, creſcere, decreſcere, tumere, pinguere, macrere. Et omnia, quæ in eſco exeuntia incoatiua, aut frequentatiua à Grammaticis vocari ſolent.

Ratione loci omnia. Deſcendere, aſcendere, cadere, volui.

Ratione loci, & temporis. Tremere, vacillare, nutare, titubare, trepidare.

Terra dicitur, Hiare, hiſcere.

Aqua. Scatere, ſtillare, manare, labi, fluere.

Aër. Rorare, pluere, ningere, grandinare.

Ventus. Spirare, flare.

Ignis. Lucere, micare, radiare, fulgere, rutilare, ardere.

Viuentia dicuntur omnia. Ire, vadere, gradi, ſaltare, currere.

Piſces. Nare, natare, vrinare.

Serpentes. Serpere, repere.

Equi. Gradi, calcitrare, ſuccuſſare.

Homines. Ambulare, incedere, proficiſci, adſpirare, equitare, nauigare, ruſticari, apricari, ludere, luctari, iaculari.

Habitus. Ratione Habitus, omnia, quæ loco finiuntur. Tenere, capere, ambire dicuntur.

Homo propriè ſolus, Poſſidere, ſeruare, tutari, abundare, carere; indigere, mereri, demereri dicitur. Et memoria, aut mente tenere; quod eſt ſcire, ſapere. neſcire, quod eſt ignorare, deſipere. Et ſolus habitis rebus, Vti, abuti, frui.

Ratione perfecti Motus, Agenti, & Patienti conſtante, Dicitur ſolus Deus creare omnia, & perficere.

Natura, tanquam Dei miniſtra, Generare, corrumpere, augere, minuere, alterare, mouere loco.

Sol, & Ignis; Calefacere, accendere, ſiccare, vrere, cremare; Illuminare acceſſu, obſcurare receſſu dicuntur.

Aqua dicitur, Mollire, lauare, purgare, humectare, irrorare, rigare.

Terra. Gignere, paſcere.

Animalia omnia dicuntur, Generare, concipere, parere, lactare, educare, aboriri, dormire ſomnum, vigilare diem, & noctem.

Ra-

Ratione vitæ, & valetudinis, Edere, mandere, rodere, ingurgitare, vorare, ligurire, lambere, lingere: bibere, potare, ſugere, ſorbere.

Homo ſolus. Prandere, cenare, ientari, conuiuari dicitur.

Ratione loci. Tangere, tentare, tractare.

Ratione loci, motus, & formæ. Mouere, mutare, vertere, voluere, promere, ponere, condere, leuare, erigere, librare, ducere, trahere, ferre, quatere, percutere, ſternere, allidere, iacere, vnire, iungere, vincire, diuidere, ſeparare, premere, calcare, peſſundare, elongare, dilatare, amplificare, arctare, anguſtare, acuere, cauare, curuare, tundere, tondere, rumpere, frangere.

Ratione Odoratus: Olfacere.

Ratione Viſus. Videre, cernere, ſpectare, tueri, adſpicere, collimare.

Ratione Auditus, auſcultare. Ratione mentis attendere, imaginari, ſpeculari, conijcere, ratiocinari, intelligere, meminiſſe, reminiſci, numerare, diuidere, partiri, multiplicare, rerum in ipſa mente facta numeris comparatione.

His præmiſſis idem dicitur Cognoſcere, æſtimare, exiſtimare, credere, putare, cenſere, opinari, reri, animaduertere, & admirari.

Et ratione ſoni dicuntur;

Aqua, Murmurare.

Aer, Tonare.

Ignis, Crepitare.

Metallum, Sonare, tinnire.

Tuba, Clangere.

Ex his, quæ vocem edunt,

Equus, Nitrire, hinnire.

Bos, boare. Canis, latrare. Lupus, vlulare. Vulpis, gannire. Leo, rugire, frendere.

Serpens, ſibilare. Taurus, mugire. Aſinus, rudere. Pecus, balare. Auis, canere. Hyrundo, garrire. Coruus, crocitare. Grus, gruere. Gallus, cucurire. Gallina, gracilare; & huiuſmodi.

Dici-

Dicitur etiam animal oſcitare, ſternutare, tuſsire, ſtertere, ructare.

Homo ſolus balbutire, blaterare, ridere, cachinnari, plaudere, flere, gemere, plangere, eiulare, quæri, lamentari, clamare.

Hæc, quod ſolum ſonum, & vocem indicent, Neutra ſunt Grammaticis.

Sententiam exprimentia ſunt. Loqui, dicere, demonſtrare: interrogare, reſpondere: affirmare, negare: fateri, mentiri: laudare, damnare, vituperare: ſuadere, diſſuadere: accuſare, excuſare: imperare, iubere, prohibere: iurare, deierare: ſimulare, diſſimulare: orare, exorare, precari, imprecari, petere, poſtulare. niſi loquamur; tacere dicimur.

Manu dicimur ratione figuræ, & formæ. Linire, lineare, tingere, pingere, fingere, ſcalpere, ſculpere.

Segetes, & frumenta ſerere, ſeminare, metere, triturare, ventilare, vannare.

Plántas. Plantare, extirpare, vellere, truncare, eradicare.

Ligna. Cędere, ſecare, aſciare, terebrare.

Vineas. Putare, fodere, occare, vindemiare, pinſare.

Terram. Colere, arare, findere, aggerare.

Aquam. Haurire, fundere, ſpargere, inſtillare, irrorare, turbare.

In aqua, Mergere, mollire, lauare, purgare.

Ignem, Accendere, extinguere.

Igne, Siccare, vrere, cremare, coquere, elixare, aſſare.

Fila, Nere, glomerare, innodare, intricare, extricare, ſoluere, nectere, texere.

Veſtes, Suere, ſarcire, ſcindere.

Veſtibus, Veſtire, velare, ſpoliare.

Cinctu, Cingere.

Calceis, Calceare.

Amiculo, amicire.

Domum, Struere, ædificare, contignare, camerare, aſſare, verrere, deſtruere, vaſtare, demoliri.

Fores, Claudere, aperire.

Oleo

Oleo, vngere. Vino, inebriare. Sale, salire, condire.
Ferro, ferire. Ferrum, cudere.
Animalia, Mitigare, frænare, domare, instigare, iugare, vrgere, comere, tondere, scalpere, mungere, expilare, mactare, decoriare, laniare.
Sibi, & amicis consulere, subuenire, auxiliari, suffragari, studere, seruire; velle bona, amare, optare, sperare. nolle mala, odisse, fastidire, timere, horrere, formidare, detestari.
Amicitiæ causa, Ornare, decorare, amplecti, osculari, docere, erudire, instruere, honorare, honestare, ditare, defendere, consolari, animare, iuuare.
Sapientem consulere.
Bona præsertim fortunæ, sectari, acquirere, dare, perdere, emere, vendere, locare, commodare, legare, pignerare, conducere, prædari, furari.
Pecuniam soluere, expendere, mutuari, numerare.
Bonorum ratione, litigare rixari, pugnare.
Malos, seu inimicos vexare, opprimere, eijcere, affligere, ferire, lacerare, excæcare, mutilare, iugulare, suspendere, occidere; trucidare, raptare, fędare, polluere, contaminare, diffamare.
Pauperum misereri.
Diuiti non inuidere.
Mortuos sepelire.
Leges condere, rogare, sancire, seruare.
Parentes venerari.
Deum colere, adorare, ei sacrificare, adolere, litare, imolare.
Ratione principij, & finis dicimur incoare, ~~finire~~, incipere, terminare, finire, perficere.
Et quoniam ex his, quæ fiunt, aliqua contingenter fiunt; aliqua necessario: sicut eorum, quæ sunt, aliqua potestate sunt, aliqua actu; hæc etiam suis tenentur verbis, quæ Impersonalia dicunt Grammatici.
Ratione necessitatis est, Oportet.
Ratione contingentiæ sunt, Contingit, accidit, euenit.
Ratio-

Ratione potentiæ, poteſt, licet, ſufficit.

Ratione oportunitatis; decet, conuenit, expedit, congruit, intereſt, refert.

Ratione voluntatis, libet, placet, delectat, iuuat.

Ita Verba tanquam ſedes eorum omnium, quæ diſci, aut doceri poſſunt apparent. vt quando propriè, quādo impropriè ijs vtamur, videre ſit. Improprijs enim non rarò vtimur, tum neceſſitate adducti, quod proprium verbum nullum ſit rei poſitum, tum honeſtandæ orationis, ſignificationis minuendæ, aut augendæ gratia. His animaduerſis, rectè, & congruè orationem conſtruimus, ſed nec id ſatis loquenti eſt. Expedit enim eandem ſententiam pluribus poſſe modis exprimere; ad præſtantiorum ſcriptorum imitationem, nunc breuiori, nunc longiori circuitu definitionum ad rem facientium, Phraſes ex Græcis vocant: quibus Grammatices perfectam cognitionem humaniores litteras vocant Latini: vel eo nomine, quod hominem præter cætera, quæ apparent, linguæ cultus decere videatur: facultate idem ipſum, aut amplius, aut preſſius exprimendi; pro loci, perſonæ, rei diuerſitate. Oratione nunc actiuè, nunc paſſiuè conſtructa; nunc adiectiuis in ſubſtantiua mutatis, nunc contra. Sæpè participij neglecto, ſæpè etiam aſcito, vſu. In quo plurimum, quædam verborum communio obſeruatur, atque amicitia, præ omnibus, eorum, quæ Eſſe, Habere, Agere, Pati, Stare, Ire, Facere, Dare, Ferre, ſignificant. in his enim plurimum, linguæ omnes, conceptæ in verbis ſententiæ, figuras, & formas explicant; & ſtylum pluribus modis efferunt, aut deijciunt: quem ideò humilem, grandem, mediocrem, dicunt. de quibus fuſius aliquanto loquemur, quando de Rethorica erit ſermo.

Humilis Humili inter familiares, præſentes, ſono vocis; abſentes, ſcriptis litteris, vti; truncis ſcilicet, vt plurimum periodis; metaphoris, modeſtè perſpicuis; è vulgo decenter aſcitis, vt eadem & vulgaria, & non vulgaria appareant, laudi eſt.

Grandis. Grandi vti, cum de rebus magnis coram Principe, aut

ijs, qui clauum Reipublicæ tenent, aut Populares, sermo est, decet. insuetis, sed præstantibus nominibus, verbis;magnificis elocutionibus; sed quæ quantum fieri possit, turgeant sine fastu. metaphoris splendidis, atque moratis. Media inter has ambas, tanquam extremitates,erit locutio, quando perspicua,non hiulca, non fracta,non petulans,non frigida; nec elata, mediam inter vtrasque estremitates ita se teneat, vt,quibus vtimur,auditores,nec rideant,nec dormitent, nec eos tædeat,sed audiāt semper præsenti animo. Hanc dicendi rationem,historicis laudi plurimum tribuunt. Et hæc tanquam Grammatica monita posuisse sit satis. Media.

Qui de re Grammatica scripserunt Insigniores.

Acro.
Adrianus Turnebus. Aduersaria.
Antonius Mancinellus.
Antonius Nebrissensis.
Augustinus Dathus.
Apollonius Græcus.
Bertramus de Lingua Hebræa.
Carolus Girallus.
Constantinus Lascares, de Græc.
Curtius Lancellottus.
Diomedes.
Donatus.
Fulgentius.
Franciscus Floridus.
Gellius.
Gulielmus Budæus.
Gulielmus Lilius.
Ioannes Despauterius.
Iacobus Syluius Gall.
Io: Reuclinus, de Hebr.
Io: Pinicianus.
Io: Scopa.
Io: Tortellius.
Iul. Cæsar Scaliger,de cauf. ling. lat.
Iulius Philargirius.
Iulius Pollux.
Introductio Ascentiana.
Laurentius Valla.
Lucius Tarchæus.
Marius Carradus.
M. Ant. Bonciarius.
Martinus Ruellandus.
Marcellus.
Maximus.
Nica.
Nicolaus Clenardus. Lat. de Græc.
Nicolaus Perottus.
Paulus Pompilius,
Petrus Bembus Hetrus.
Petrus Meganga.
Pædia Grammaticas.
Pædianus.
Pompæius Festus.
Porphyrius.
Priscianus.
Probus.
Platonius.
Rubertus Bellarminus.Lat.Græc.Heb.
Sosipater Carisius.
Spica.
Seruius.
Stephanus Bellengardus.
Suidas.
Thomas Linacer.
Trissinus Hetrus.
Theseus Ambrosius.
Theodorus Gaza.
Thissites Lat. de Heb.
Theon Interpres Apollonij.
Vrbanus Lat. de Græc.

GEOMETRIA.



EOMETRIAM, inter Diſciplinas primum locum tenere, tanquam omnium parentem, monſtrauimus: Plato indicauit, dum in veſtibulo Gymnaſij habuit ἀγεωμέτρητος οὐδεὶς εἰσίτω; Ariſtippus, qui naufragio Rhodum delatus, Geometricis figuris, in incognito littore conſpectis, iuſſit ſocios bono animo eſſe, quod hominum ibi veſtigia apparerent. Et eius eſt à terra deductum nomen, vel quod in terra, primo eius demonſtrationes fuerint deſcriptæ; vel quod in terræ potiſſimum menſura ſit eius vſus; vel quod terra ipſa, ſpatij, ſeu ſolidi loco, ſumatur.

Geomet. inuent. Geometricas finitiones primus Thales Mileſius, ex Aegypto dicitur aſportaſſe in Græciam. poſt hunc Amathiſtus, Steſicori frater; deinde Pythagoras: Et ſub ijſdem ferè temporibus, Anaxagoras Clazomenius; Thaſius, Theætetus, Architas, Neocles, Eudoxus, Hermotimus, Theon, Archimedes. Sed Elementa primo Græcis litteris conſignaſſe Hyppocrates Chius; qui primus per lunulas quadrati ad circulum comparati, rationem tentauit. Ex eadem peregrinatione in patriam relatus Plato, Geometricis ipſis rationibus, tanquam primum cognitis, ſuam adſperſit Philoſophiam. qua in re nec Ariſtoteles, ab eo diſſentit. Elementa collegit, quibus ſtare ſolemus, Megarenſis Euclides. Nos pro noſtro inſtituto, dicimus Elementa,

Geomet. inuent. Punctum; Lineam; Superficiem; Corpus, paſſiones,

Ambitum, Longitudinem, Latitudinem, Profunditatem. In his, & ex his, quomodo primò ipſa conſtet ratio, videbimus; cum ſingulorum notitiam explicuerimus breui.

Pūctum. Eſt igitur primo Punctum, primum ſcibilium omnium principium. quod cum nihil non ſit, eſt tamen penè nihil, cum nihil habeat, niſi minimum eſſe. Principium minimum maximorum. σημεῖον Græci dicunt; nos eorum imitatione,

ſignum,

Signum, cuius nullæ sint partes, dicimus.

Si duo dissita puncta, iungenda sint aliquo medio, id non nisi linea est; cuius sit in longum produci. Hæc aut curua, aut recta. Curua à puncto ad punctum longius, recta breuius excurrit. ideò Linea recta omnium breuissima dicitur: & specie vna est. Curua pro diuersa curuitatis ratione, Spiralis, Elica, Elicoides, à Græcis dicta. quæ prorsus in suum principium recurrit Circulus, prima omnium figura. Cuius sit medium punctum, à quo fluentes lineæ ad circulum, omnes æquales sint. vt sicut punctum, ita circulus, sit in Geometria principium, aut elementum. ideò puncto circulum, dictum est, respondere. Vtrumque enim aliquo modo infinitum, atque indemonstrabile: minimum alterum, alterum maximum. Infiniti igitur solum rationem circulus habet. Cæteræ lineæ finitæ omnes: licet in infinitum protrahi dicantur posse. Circulu.

Diximus, in rerum finitione, post spectatum rei genus, spectandam differentiam esse. Linea igitur lineæ comparata, longior, aut breuior; & longius, aut breuius distare, dicitur. ablatis enim his differentijs, eadem est. distantia, ipsa differentia est; vt distantes lineæ, licet non differant longitudine, dicantur non eædem, sed æquales, & æque vbique distantes parallelæ, quod non possint coire: cæteræ possint. quin etiam necessariò concurrere alicubi, si fluant. Et vbi concursus, ibi angulus; aut rectus, aut recto maior, aut minor. Rectus, si recta linea supra rectam lineam cadat, æquis hinc inde distantijs, Maior obtusus, minor acutus; & cadens recta linea, Cathetus dicitur; non cadens recta, hypotenusa. At sese intersecantes lineæ rectæ, in ipsa sectione, angulos constituunt quatuor; aut æquales; aut inæquales. sed ita, vt duo oppositi sint necessario æquales, aut maiores obtusi; aut minores acuti. si æquales quatuor sint, omnes necessariò recti. & quantum à binis oppositis adimitur, tantumdem reliquis additur. Et oppositi in solo puncto, se tangunt. Angulus

Aut Circulo, aut rectis, aut non rectis lineis circundatum Superficies, seu

area. ſpatium, Area, ſeu Superficies. cuius, quæ medium, ſecat Linea, Diameter dicitur. Et vtraque circuli pars, ſemicirculus. Extra medium linea ſecans, dicitur chorda, minor circuli aerea, Arcus. maior, Portio maior.

Lineæ rectæ duæ, à medio, ſeu centro, ad circumferentiam, ſeu circulum, ductæ, ſegmentum faciunt areæ, tribus contentum angulis.

Lineam rectam extra circulum, circulum tangentem, in ſolo puncto tangere, & tangi neceſſe eſt. & angulos, ex tactu, contingentiæ dictos, omnium eſſe acutiſſimos. omnium maximos introrſum fieri, ducta à puncto contingentiæ ad centrum linea.

Omnis ſuperficies, vel circulari linea, vel pluribus curuis, aut rectis tenetur. quotque lineæ, tot anguli ſunt.

Latus. Triangulus, ex rectis cōſurgit, ſuperficiei figura, ad minus tribus. cuius ſi latera ſint æqualia, etiam anguli ſunt æquales. vt duæ oppoſitæ lineæ, dicantur latera, ſeu coſtæ, altera baſis.

Baſis. Cuſpis. Angulus baſi oppoſitus, dicitur Cuſpis. Triāgulum æquilaterum, Iſopleuron, ex Græcis vocamus.

Duobus tantum æqualibus, Iſoſchelum, Omnibus inæqualibus. Scalenum.

Ratione anguli recti, Orthogonium.

Ratione obtuſi, Ambligonium.

Quadrāgulus. Ex quatuor lineis, fit ſuperficies quadrangularis, quam item ex Græcis, Tetragonum dicimus. Ea habet angulos, aut omnes rectos, aut duos, aut vnum, aut nullum. Omnibus rectis angulis, & lateribus, nos Aequilaterū dicimus.

Rectis angulis, ſed lateribus inæqualibus, Quadratum, Rectangulum, Parallelogrammum, Longum quadratum.

Aequalibus lateribus, ſed angulis inæqualibus, Rhōbum.

Aduerſis tantum lateribus, & aduerſis angulis æqualibus, Rhomboidem.

Ex altera tantum parte parallelo, Trapezium. Nullis parallelis, Trapheitem; ſeu menſulam.

Quadranguli ſicut Trigoni, ima pars Baſis. ſuprema Corauſcus.

rauſcus. Ab angulo ad angulum per medium ducta linea, dicitur ſicut circuli Diameter. Et ſi à quatuor angulis, ſeſe interſecant lineæ, in medio ſe interſecant; & triangulos conſtituunt quatuor. in rectangulis tantum, omnes æquales. Diameter.

Cum omnis triangulus habeat tres, æquales duobus rectis; productis tribus lateribus, fiunt extrinſecus item tres, ijquè æquales quatuor. A tota quadrati baſi, quacunque eleuatum ad corauſcum Triangulum, continere totius æquilateri quadrati mediam partem', certum eſt.

Faſcia, quæ duobus ſe ſe contingentibus lateribus, addita, Gnomon dicitur, ſeu Supplementum addita;& dempta, auget, & minuit, ſed non immutat figuram. In Binomio, Mediali, Reſiduo, Apotome, Meniſco, quæ rationem quadrati habent; nil expedit immorari. Supplementum.

Multorum angulorum figuræ, cuiuſmodi Græci dicunt Poligonas, ſupra quatuor, quanto angulos habent plures, tanto ad circulum accedunt magis; ideò circulus, & trigonus opponi præ omnibus figuris videntur. Ideò his comparatis prima conſtat cognitio, quæ in recti quadrati cognitione videtur perfici. ideò ſolus quadratus, ex quatuor rectis, ſeu perfectis angulis, poteſt conſtare.

Corpus, quod diximus quartum Geometriȩ Elementum, cuius indagatio ex Platone Stereometria vocatur, tribus cognoſcitur; longitudine, latitudine, profunditate. ideoquè in Geometria, Corpus dicitur totum, atque perfectum. ſuperficies habet, niſi ſit ſphericum corpus, ad minus quatuor. Corpus.

Corporis ambitus non figura, ſed forma dicitur cum forma ſit, quod pluribus figuris cōſtat. niſi ſit ſphericū corpus. Forma.

Quod in ſuperficie medium, in corpore centrum dicitur. & quod circulare, dicitur ſphericum. Diameter, dicitur Axis. Emicyclum, Emiſpherium. Corauſcus, Vertex. Acuitas, Cuſpis. In ſuperficie, quod eſt Quadratum, in corpore eſt Cubum. Sicut ſuperficiei, ita Corporis ima pars Baſis. Cuſpidis ratione Conus. Cuſpide acutiore, Pyramis; tāquam ad modum flammæ, ſeu dicamus etiam piri, facta. dempta Cuſpide, Colurus dicitur. Cubum. Conus. Pyramis. Colurus.

Duabus

Colúna. Duabus baſibus parallelis, Corpus Cilindricum, ſeu Columna. quæ ſi ſit angularis, dicitur Priſma. his adnectitur cognitio Spiræ, Parallelepidi, Doci, Spheniſci, Hypotenuſæ, & huiuſmodi. Quod eſt in figura Extra, & Intra, eſt in forma Extimum, atque Intimum: Concauum, & Connexum.

Sphæra. Sphęricum corpus, circulari ſuperficiei reſpondet: quod vtriuſque, vndique, vnus ſit terminus. æquè vbique diſtans à ſuo centro; nulla termini differentia. ad cuius in Axis. Poli. girum motum, immobiles Axis vnus, & Poli duo. Secata in medio ſphera, fiunt hemiſpheria æqualia, æqualibus baſibus duo. Et Conus eſt habentium baſim, ſine angulis primum corpus.

Corpus regulare & irregulare. Augulare verò Corpus, aut regulare, aut irregulare. vtrumque pluribus; ſed regulare ijſdem conſtans figuris; irregulare non ijſdem. Regulare quincuplex; angulorum ſcilicet ſolidorum quatuor, totidemquè figurarum dixerunt primum. Sex ſolidorum, planorum quatuordecim, dixerunt ſecundum. Octo ſolidorum, planorum vigintiquatuor, tertium. Solidorum viginti, planorum ſexaginta quartum. Solidorũ duodecim, planorum ſexaginta quintum. Primum Ignis formã referre Platonici aſtruebant. Secundum Aeris; Tertium Terræ; Quartum Vniuerſi; Quintum Aquæ.

Cætera irregularia dicta, quod cum ijſdem non conſtent figuris, non omnium vna ſit ipſorum menſura.

At Geometrica menſura, ipſa eſt differentia in longitudine, & diſtantia, quæ quando apparent, dicimur ſcire. apparent verò comparatione æqualitas, (vt diximus) & inæqualitas. dum res, aut diuiſæ componuntur in vnũ, aut vſque ad indiuiſibile per ſe notum compoſitæ, diuiduntur in plu-Axioma. ra: adhibitis tanquam primis menſuris, ijs, quas (Græcis Axiomata) nos Dignitates, ſeu Principia vocamus. ipſis Hyppotheſis. Hypotheſes, nos Poſitiones, ſeu Data. ipſis Theoremata, nos Theorema. Definita. ipſis Problemata, & Lemmata, nos Ambigua, & Indefinita. quorum vſus in Geometris primo, & per ſe patet. Problema. ſicut etiam quid ſit Portio, Proportio, Oppoſitio, Conuenientia,

nientia, siue Similitudo. Extremitas, Medium; Simplex Compositum, in longitudine, latitudine, profunditate. intellectus Magnitudinis, Materiei, Loci, & tactui substratæ Substantiæ. Sicut etiam in Geometricis primo patet, quid sint Mutuum, Reciprocum, Extremum, Iunctum, Disiunctum, Simplum, Duplum, Totum Pars, & in his primo constans Ratio; quæ Mensura in his propriè dicitur: dum lineæ, aut superficiei, aut corpori, quid addendum, qua lege, seu constanti ratione sit, quærimus. qua ètiam præcidendum, inscribendum, aut circumscribendum, seu concludendum; angulare, circulare. Aut imparibus rectis lineis datis, inueniendum medium, quod quantum maiori cedat, tantumdem excedat minorem extremitatem. cuius rationis potentia mirabilis censetur, quod eius in omnia emanet vsus. ideò tribus necessariò constare ad minus dicitur ipsa ratio. his Principijs;

Omne totũ sua qualibet parte est maius. Quæ vni æqualia sunt, inter se æqualia sunt. Si æqualibus æqualia addas, æqualia remanent. Item si ab ijsdem æqualibus æqualia minuas. Contra verò si æqualia, ab inæqualibus; aut inæqualia, ab æqualibus.

Si ab inæqualibus inæqualia, nihil sequitur necessariò. & quibus nihil commune sit notum, ea irrationalia vocantur. Habitudinum enim identitas, rationem constituit; diuersitas destruit. ideò proporrio definitur identitas rationum, seu habitudinum, ab Euclide: vt quæ eam habent, proportionalia, seu rationalia vocentur. Medium igitur inter extremitates necessario adhiberi, ad Rationem ipsam formãdam in Geometricis primo constat. quod si medium sit duplex, ratio ipsa fit comparatio. ita cognitionis patet, quam dicebamus via duplex, compositiua, & diuisiua. tribus, & quatuor constans. quæ vario etiam modi vsu, dicitur Coniuncta, Disiuncta, Permutata, Conuersa, Euersa, Opposita, Aequalis. Hæc omnia subtilius indagantur in Logicis. Ex his pateat in Geometricis demonstrationum omnium principia patere. Et primum indemonstrabile, Circulum esse.

Quem

Quem tamen ad rectæ lineæ rationem reuocari posse, aliqui pro certo asserunt, Aristoteles assentitur. nemo tamen rem videtur penitus conieciſſe. Tentarunt primo Briſſon, Hyppocrates, Archimedes;& præ his diligētiſſimè Ptholemęus. Briſſon duplici quadrato rem putauit ſe aſſequutum, Hyppocrates Hemicyclis, atque Meniſcis. Archimedes, elicis, ſeu incuruis lineis; tripla ſeſquiſeptima minorem diametrum nouit. Ptolemæus ijſdem ferè adminiculis ſeſquiſeptima minorem, ſed ſequioctaua maiorem tantumdem putauit. Ex recentioribus aliqui etiam nona. vt prorſus hæſitet adhuc veritas. & ideò cum Eutotio Aſcalonita plurimi indemonſtrabilem putant. nec minus neſciri, quam diametrum, ſuo lateri longitudine comparatam. Hoc verò inconſtante in Geometria principio, in cæteris etiam plurima minus conſtare.

Qua proportione reſpondet curua lineæ curuæ, eadem reſpondere rectam rectæ, facilè patet.

Duo proportionalia media, inter duo extrema inuenire, in Stereometricis difficillimum habitum eſt. Et ipſomet duplici medio, fieri Cubi duplicationē, ignaros Delios, qui lue laborantes, conſulto Apolline, cum retuliſſent non deſiturum morbum, niſi aræ duplicatione, cumque altera impoſita, morbus non referbeſceret; duplicationem aræ, duplici medio conſtantem, cubi duplicatione, Plato eos docuit: quo facto Numen (Dęmonem) placatum ferunt.

Et illud maximè obſeruandum:aliqua proportione ſibi in longitudine, ſeu in ipſa actu menſura, reſpondere; aliqua tantum potentia. potentia enim diameter, & latus commēſurantur, quoniam quæ ab his conſurgunt quadrata commenſurabilia ſunt; licet ipſa per ſe non ſint. quæ vna diuiſio, in omnibus ampliſſimā, proportionum intellectu, actus, & poteſtatis copiam facit. Ideò hæc prænoſſe oportet, eum qui paruo negotio, velit rationi conſtruendæ, in omnibus viam ſibi facilem aperire.

Geometriæ admittuntur primo, quæ dicuntur Mechanicæ artes. Ideò Stereometriam machinatiuam Ariſtoteles vocat,

vocat, cui iure adhæret Stattica, seu De ponderibus, ex Platone dicta ἀπὸ τοῦ μὴ κρουσάρειν. adhæret quæ statera, & lance, tanquam trium, & quatuor terminorum ratione, metitur. His de Geometria, tanquam materia præmissis; tanquam eius formam, nunc Arithmeticam spectandam, spectemus oportet.

Qui de Geometria scripserunt.

Abel de Fullone, Holometrum.
Albertus Durerus, de Symetrijs.
Alexander Piccolom. In Mechan. Arist.
Anthemius Fragmentum, de Machinis.
Apollonius Pergæus, Conica.
Archimedes.
Aristoteles, Mechan.
Athenæus, de Machinis bellicis.
Boetius.
Carolus Bouillus. Introduct. Geom.
Claudius Ptolem. de Analemm.
Cleomedes, Circularis inspectio.
Cosimus Bartholus. de Arte metiendi.
Euclides, cum Proclo, Campano Commandin. Candella Clauio.
Franciscus Clussates Candella.
Franciscus Maurolicus.
Guidus Vbaldus, de Marchionibus Mechan.
Gemma Frisius, de Radio Geometr.
Heron. Geometrumena.
Hieronymus Cataneus, de modo mēsurandi.
Iacobus Peletarius.
Iacobus Bessonius, Theatrum Instrument.
Io. Anton. Campanus.
Io. Anton. Maginus, de Triangulis.
Io: Butheo. de Quadrat. Circuli.
Io: Baptista Benedictus.
Io: Fernelius, Cosmotheoria.
Io: Regiomontanus, de Triangul. & Torquet.
Io: Veruerus.
Io: Vegelius. Elementalis Geometricus.
Io: Spollant. Geometria.
Isaacus, & Barlahamus, in Euclid.
Leonicus in Mechanica.
Lucas de Burgo.
Machometrus Bagdodinus, de Superficierum diuisionibus.
Marinus, in Data Euclidis.
Martianus Capella. lib. 6.
Nicolaus Tartalia.
Orontius Finæus.
Pappus Alexandrinus.
Paulus de Migdeburgo.
Petrus Appianus.
Petrus Montonius.
Petrus Nonius.
Psellus.
Ptholemæus Mathematic. Constructiones, & de Analemmate.
Rutilius Numantianus.
Serenus, de Sectione Cylindri.
Syluius Bellus, de modo mensurandi per visum.
Theon Smirnæus.
Theodosius Tripolita.
Thomas Finchius, Geometrica Rotunda.

ARITHMETICA.


IHIL absque numeri cognitione certo sciri, aut disci, tum Platonis monitu, tum superius allatis rationibus, certissimum est. Ideò Arithmetica, seu numeri appræhensio, ita ipsi adhæret Geometriæ, vt altera, sine altera, in mente, nullo modo, possit constare. Et sicut aliquo modo Geometriam, Magnitudo Materia, Locus, Substantia, quod diximus, referunt: ita Arithmeticam innuunt, Pulchritudo, Forma, Quantitas, Tempus: cum hæc nihil; præter numerum sint. Cumquè nullum mentis, siue rationis actum, nisi numero constare, sentiret etiam Pythagoras, ex Plutarco; numerum pro mente posuit. Atque eius vestigijs insistens Plato, etiam Vniuersum, atque adeò animam ipsam, numero inniti asseruit. cum extra mentem numerus nullibi sit; in numero gaudeat; extra numerum anima plurimum dormitet, quandoquè etiam mœreat, atque doleat. vt vna Arithmetices cognitio, ab ipsa hominis creatione, ortum duxisse videri possit. Ideò pueros numerare primo natura docet. & hinc primo apparet indoles ad virtutem. vt qui numeri præstant cognitione, optimæ futuræ frugis habeantur: & numerorum ignari, tanquã ignaui, atque hebetes, facilè moueant risum. quod Socrati in Senatu, Tribum suam ex officio numeranti, aliquando accidisse, Plato, tanquam mirabile dictu, de tanto viro, prodidit. Arithmetica igitur prima, explicat rationis formam. Eius pro, nostro instituto, Elementa ponantur; Vnum, Duo, Tria, Quatuor. Seu Græcorum more; Monas, Dias, Trias, Tetras. Passiones;

Vnio, Diuisio, Partitio, Multiplicatio.

Vnum. Vnum igitur, siue Vnitas; in Arithmeticis, est quod in Geometricis Punctum, vtrumque enim minimum primo notum; indiuisibile. Vnitatem in Metaphysicis Deo tribuit Aristoteles; quod vnitas, & Deus soli ambo se ipsis, per se, finian-

finiantur. Ita Empedocles, & Anaxagoras, rerum omnium principia Vnum, & Multa constituentes, videntur, Deum Idæis inspectis, creantem omnia, vt ait Plato, constituisse. Ab vnitate, dicimus, Vniuersum tanquam perfectum: cum vnire sit perficere; vnitum esse, perfectum esse; imperfectum diuisum. Ipsam etiam mentem Vnitatem dixerunt Stoici; quoniam mens, vnita quæ sunt, cognoscit, disgregata ignorat, nisi vniat. Estquè Vnitas numerus, non actu, sed potestate; quod vna, numeros omnes perficiat; sicut lineas excurrens punctum, vbique pars, vbique totum. Cupidinis nomine Aristotelē dixisse eam, perhibent; cū Vnitatem, siue Vnionem appetant omnia. Vestam, dixerunt aliqui, tanquam Terram, suo tantum, non alterius cuiusquam rei libratam, atque constantem pondere.

Et sicut si punctum credatur fluere fieri dicimus lineam. ita si vnitas à se diffluat, δίαδεν, siue (vt ita dicamus) Duitatem spectamus. Pythagoras hāc primam numeri formam, vix ab Vnitate deflectentem, sed plurimum, nempè duplo, tanquam oppositione distantem; Augmentum, Communitatem, Commutationem, Fortitudinem, Ortum, Distributionem, Rationem, ac tandem Palladem appellauit: tanquam primum, de Iouis capite, rationis ortum. & eandem dixit lineam; quod linea duobus constare dicatur punctis, dixit fœminam tanquam primum par, & materiæ naturam redolens, quod in æquas partes, partiri possit. Duo, seu Dias.

Trias, ternarius numerus; tertium Arithmetices Elementum; à Pythagora primus mas dictus, quod primus impar, parem contineat; cum tanquam materiam Diadem, tanquam forma, perficiat; perfectus creditur. Ita vulgo etiam perfertur: & non nisi ad minus tria, dici omnia, asseruit Aristoteles. Ita rectis lineis, nulla nisi ad minus tribus figura fit. Finis etiam eadem de causa, vocatus. vel quod omnium rerum natura constantium sint principium, medium, finis; Vnum, Duo, Tria: tres finitiones loci; temporis momenta tria; tres rationis termini primi; quibus cōpactis discimus. Continet Emioliam proportionem, quam Tria, seu Trias.

 per-

perfectam esse post duplarem, mox ostendemus.

Quaternio. Quaternione, quem Græci numerum τετράκτιν dicunt, quartum Arithmetices Elementum; omnes prorsus numeri absoluuntur. additis, quos in se continet 1. 2. 3. hi enim simul iuncti, omnes decem constituunt. soli digiti; quod tot manuum sint, dicti. ita cæteri supra decem, articuli vocitantur. nec simplex numerorũ aliud est nomen. ter signati centum indicant. quater mille. & mille, quater repetiti, mille millia; quo vix maiorem mens numerum capit, vt hoc ipso vno, ipsamet quiescere videatur. ideò Pythagoras iubebat suos Tetractin, tanquam diuinum quid venerari. præter quam quod rationem innuat, non vno, sed duobus medijs constantem. cum in æquas partes bis, primus secari numerus possit, & omnes vnus proportiones contineat integras. referens quadratam superficiem, & cubitum corpus. ideò etiam Poetæ, terquè, quaterquè beatum hominem, tanquam fęlicissimum dicunt. De cæteris etiam numeris intra decem, ab ipso primum Quaternione prognatis, pauca

Quinar. dicemus. Quinarium venerandum, asserebat Pythagoras, hoc nomine; quod ex quaternione, & vnitate, tanquam ex priucipio, & fine constaret. quin etiam primis mari, & fęmina; Ternario, & Diade, vocabat Nuptias; & compræhensorem, quod duplicatus denarium producat.

Senar. Senarius, perfectus habitus, tanquam sibi per se sufficiens; cum, ferè vnus, suis partibus sit æqualis. eius quippè medietas 3. tertia pars 2. sexta pars 1. senarium reddunt. cum cæteri ferè, aut diminuti, aut superflui sint.

Septena. Septenarius, Ternario, & Quaternione conuenientibus; pari, atque impari; vtroque perfecto; dictus est ἀμήτωρ, Virgo, & Minerua; quod nec generatur, nec generet. generari verò est duplicatione produci.

Octonar Octonarius, cum Septenario plenus, tanquam perfectus à Cicerone vocatus, monet non vno tantum modo, perfectum dici. Cubum corpus, quod perfectum habetur, rectis angulis, solidis octo constans, idipsum demonstrat. Iustitia est dictus, quod in æquas partes, vsque ad vnitatem,

discin-

discindi possit. præter quam quod septenarium, & mouadem præferens, est perfectionis indicium.

Nouenarius, ex ter tribus; sicut Octonarius ex bis binis, bis; vel quod Denario proximè subsit, vel quod proportionibus tribus constet, tripla, sescupla, & sesquioctaua, vel quod fœturam hominis perficiat, Telesphorus dictus est. Nouem.

Denarius, quaternionis virtute perfectus, seu omnibus numeris absolutus, quod à Denario, ad vnitatem, tanquam à summo ad imum fiat reditus Apollo Musis nouem septus, lyra quatuor chordis instructa, honoris ergo, est appellatus. Denar.

His præuisis, cum maiorum numerorum pendeat cognitio, à minorum cognitione, tanquam à magis vniuersalibus, magis confusis: quousque ad vnitatem, tanquam ad primũ, præ omnibus confusissimum, idem tamen notissimum principium deueniatur; numeris primo relationem, atque rationem, quod asserebamus, præseferentibus; numerum ipsum in omnibus primum cognitum esse, compositione, & diuisione certissimum est. Et Compositio ipsa est numeroꝝ coaceruatio in vnum. Vnio, seu Compositio.

Diuisio, in duas æquales partes discissio, partes maximas, minimas, quod dicebat Pythagoras. Comparari igitur, vt sciantur numeros omnes necesse est. & comparati omnes, sunt, aut Pariter pares, aut Pariter impares, aut Impariter pares, aut impariter impares. Diuisio.

Pariter pares, qui vsque ad vnitatẽ in paria diuidi possũt. Pariter par.

Pariter impares; qui cum diuidantur in paria, semel; cæteroqui non possunt, nisi in imparia diuidi. Pariter Impar.

Impariter pares, qui in pares semel, atque iterum, seu pluries possunt diuidi, vsque tamen ad vnitatẽ non possunt. Impariter par.

Impariter impares, qui in pares non possunt diuidi, sed impar mensurat impares; aut sola vnitate, seu primo, & incomposito numero; (huiusmodi dicuntur numeri contra se primi) aut impari, seu secundo, & composito: quod præter vnitatem, eum etiam impar metiatur. vel etiam medio, quod cum per se sit secundus, atque compositus, alterius tamen comparatione primus, atque incompositus sit. Imparit. impar. Secũdus compos. Medius.

ſit. Quam inſpectionem primus Eratoſtenes cribrum dixit, quod numerorum natura ex eorum differentijs, videatur cribrari.

Partitio. Partitio verò, tertium dictum Elementum, ijs numeris aptatur, qui in tres, aut plures æquales ſcindi partes poſſunt. Cuiuſmodi ſunt 9. 15. 21. 27. aut etiam inæquali numero, æquali tamen proportione. ideòquè de proportione in rationis perfecta forma, tribus ad minus terminis, eſt in Arithmeticis ſpectatiſsima cura. De qua dicimus, in numero ad rationem formandam, æqualitatem, aut numero, aut proportione in differentia, ſpectari. Ac ſi eadem numero ſit, proportio dicitur Arithmetica. ſi eadem non numero, ſed proportione; Geometrica, aut Harmonica. Geometrica, ſi vna, eademquè ſit proportio vtrinque ſcilicet maioris numeri ad medium, medij ad minus. vt ſumptis 1. 2. 4. quoniam 2. ad 1. eſt dupla, ſicut etiam 4. ad 2. Geometrica dicta, quod hac potiſsimum inſpectione conſtet Geometria. Harmonica, ſi vna ſit proportio inter extremitates, quæ inter differentias vtrinque. vt ſumptis 3. 4. 6. quoniam ſicut 6. ad 3. eſt dupla, ita 2. quæ eſt maior differentia, ad vnum, quæ eſt minor. dicta eſt Harmonica, quod eius vſu, fiant concentus in voce; ſeu ſono.

Proportio. Arithm. 1. 2. 3. Proportio Geometr. 1. 2. 4. Propor. Harmo. 3. 4. 6.

Seſcupla Seſquiter. Propor. Ratione partitionis, ſunt bina proportionis nomina, maximè omnium ab Arithmeticis, primo ſpectata. dicimus Seſcuplum, & Seſquitertium; Geometræ græcis vocibus, dicũt Emiolium, & Epitritum. Seſcuplum, reſpectu numeri, qui minorem, & inſuper eius medietatem contineat, vt in 4. 6. 9. Seſquitertium, reſpectu eius, qui maioris, minorem, & inſuper tertiam eius partem, vt in 9. 12. 16.

Superpartic. Superpartient. Superparticulares numeri conſtantes pari, atque impari. Super partientes; ſi non vna, ſed pluribus ſuperentur, & ſuperent; inæqualitate, maioris maiori; minoris minori.

Multipl. Inæqualitatem verò, quæ integra numeri acceptione, maior dicitur, quartam Arithmetices Paſsionem, ſeu Elementum, tanquam quid præſtantiſsimum poſuimus: quoniam in multiplicatione plurimũ viget, quod in ea plurimũ

appa-

appareat ratio. Eius vi in praxi regulam, quam tanquam optimam in vitæ vsu, auream vocant, Arithmetici formant arithmeticè, geometricè, harmonicè; in cõiunctione, disiunctione, conuersione, euersione, permutatione, æqualitate. vt si ponamus.



Quod enim est 6. ad 8. 9. ad 12. quod 9. ad 6. id 12. ad 8. Atque idem producunt 6. & 12. quod 8. & 9. medietates nempè 72. & id geometricè, Arithmeticè quanto 12. superat 9. tanto 9. superat 6. & iunctæ extremitates 6. & 12. medietatis 9. dupla sunt. Harmonicè si iungantur, & multiplicentur. 6. & 12. fiunt 72. qui numerus medius est, producti ex 6. & 12. per 8. multiplicati. Multiplicatio igitur est, in qua potissimum splendet prima perfectæ, (vt ita dicamus) rationis ratio. Et Geometrici quadrati præ se fert speciem: quod videre est in ea, quam Pythagoræ mensam, seu Abacum, dicunt; Aristoteles κεφαλισμον, vocauit: numeris omnibus, infra decem, dispositis. Ex hac quadrata numeri inspectione Apuleius, atque Boetius, primi, quod sciamus, cæteras etiam figuras commenti, Diaphantem Arabum excitarunt, quo Algebram (quam vocant) seu Almucabulam de numerorum, (vt aiunt) restauratione, tanquam integrum Algoritmum extraxit; cuius, qui vsu præstant, numeri, aut quadrata, aut cubica, aut quacunque alia spectata radice; (radicem enim vocant multiplicantem numerum) facilè in ratione vident, quæ cæteros latent. & ingenij acumine ex his comparato, facilè etiam in cæteris progressum faciunt.

Cum sit igitur Arithmetices, primas rationis formas, quas, suo iure, tribuat cæteris facultatibus, pro integra sui cognitione, inuenire; Arithmeticè, Geometricè, Harmonicè; totidem his ipsis contrarias Arithmetici spectant. His sex, quatuor addunt, vt sint omnes numero decem.

quas breuitatis gratia, numeris ipsis, in hunc modum explicamus.

Prima Arithmet.	1. 1. 2. 1. 3.	Additæ.			
Secunda Geometr.	1. 1. 2. 2. 4.	Prima	6.	8.	9.
Tertia Harmonica.	3. 1. 4. 2. 6.	Secunda	6.	7.	9.
Quarta Côtr.Harm.	3. 2. 5. 1. 6.	Tertia	4.	6.	7.
Quinta Côtr.Geom.	2. 2. 4. 1. 5.	Quarta	3.	5.	8.
Sexta Côtr.Arithm.	1. 3. 4. 1. 6.				

Vbi, sola Arithmetica ratio, tribus terminis constare apparet. Cæteræ, quatuor: cum non eadem in ijs portio, sed proportio sit. Geometrica, tum Arithmeticę, tum Harmonicę naturam redolet. & sex priores facilè ex adscriptis cũ appareant differentijs; ideò quatuor postremas sat sit explicare.

Septima. Septima igitur rationis est forma; cum sicut maior ad minorem extremitatem, ita earum se habet differentia ad differentiam minoris, & mediæ. vt si ponamus 6. 8. 9. cum 9. sit sesculplum ad 6. sesculplum est etiam 3. positum inter 6. & 9. respectu 2. positi inter 6. & 8.

Octaua. Octaua, quando sicut se habet extremitas maior ad minorem, ita etiam earum differentia ad differentiam, quæ est inter maiorem, & mediam. vt in 6. 7. 9. sicut enim 9. ad 6. ita 3. quæ est differentia, comparata ad 2. positam inter 7. & 9. in sescupla sunt proportione.

Nona. Nona. Cum sicut medietas ad minorem extremitatem, ita differentia inter maximum, & minimum, ad differentiam inter medium, atque minimum. vt in 4. 6. 7. est enim 6. ad 4. sescupla. ita 3. quæ est differentia extremorum ad 2. quę est differentia inter extremum, & medium.

Decima. Decima, cum sicut medius terminus ad minimum, ita differentia extremitatum ad differentiam maiorum. vt in 3. 5. 8. cum enim 5. ad 3. sit superbipartiens, 5. ~~interest~~ interest inter ipsos 3. & 8. & ita 3. inter 8. & 5. Atque hæc ipsa sunt, quibus prima, eius, quam discendis omnibus, quærimus rationis forma delineata, seu adumbrata apparet in mente. Iam ad reliqua eodem concitato, properemus passu.

Qui de Arithmetica scripserunt.

Albertus de Saxonia.
Barlaamus Logistice.
Barocius. De Numeris Platonis.
Boetius.
Bombellus Algebra.
Buteo.
Benedictus Victorius. De Proport.
Bernardus Salignacus.
Chutebertus Tostallus.
Christophorus Clauius.
Diaphantes Arabs Algebra primus.
Euclides Elem. lib. 6. 7 8. 9.
Estranne della Rocca Gallice.
Forcatulus.
Franciscus Caligalus.
Franciscus Paganus.
Franciscus Felicianus.
Franciscus Maurolicus.
Gaspar Lanx.
Gemma Frisius.
Georgius Valla.
Hieronymus Talientus.
Iacobus Mazonius.
Iordanus Brunus.
Iodo Clitoueus.
Iosephus à Costa.
Io: Faber Stapulensis.
Io: Martinus Siliceus.
Io: de Ortega.
Io: Sfortunatus.
Io: Segura.
Io: Scheubelius.
Io: de Muris Algorithmus.
Io: Perez Hispanus.
Io: Scheubelius Algebra opt.
Io: Schem.
Leonardus Pisanus.
Lucas à Burgo.
Ludouicus Viues. De corr. discipl.
Ludouicus Bacta.
Michael Sciphelius.
Martianus Capella.
Nicomachus Gerasinus.
Nicolaus Tartalea.
Nicolaus de Cusa.
Orontius Finaus.
Petrus Bongus.
Petrus Gregorius.
Psellus Quadriuium.
Petrns Nunnez Algeb.
Petrus Nonius Algeb.
Theologumena Arithmetices.

Opticæ, seu Perspectiuæ Cognitioni adnixæ,

ASTRONOMIA ET COSMOGRAPHIA.





EOMETRICIS, atque Arithmeticis muniti principijs; cum omnis doctrina dicta sit à sensu pendere; & sensus primo, ac per se loci differentijs moneat mentem; ac Tactu, Gustu, Odoratu, inter sentiens, & sentitum nulla loci sit differentia, vt ideò notitia tantummodo ex his esse, non

tamen cognitiones putentur; Visui, atque Auditui merito omnes disciplinas inniti dicemus. ac primo Visui. ideò oculos tanquam discendi primas causas amari à nobir plurimũ, etiam asserit Aristoteles. At verò quoniam loci differentiæ maiores, minores; quin ètiam oculorum, aeris, luminis, motus, non rarò faciunt, vt immutatis figuris, ac formis, eadem, non eadem videantur; quandoque etiam prorsus diuersa appareant; expedit in ipso primo discendi aditu; (quoniam paruus error in principio, maximus fit in fine) Optices, quam dicunt Græci, (nos Perspectiuam vocamus) principia ponere. Et quia sicut id maximè, ac primo dictum est scibile esse, quod maximum in intellectu apparet Vniuersale; pari ètiam ratione, maximè sensibile censendum est, quod inter sensibilia maximum est; quodque dicitur Vniuersum; cęlo, ac terra finitum. ideò Geometricis ipsis, atque Arithmeticis cognitionibus, primo Astronomiam, & Cosmographiam, Astrorum, ac totius Orbis magnitudinem inuestigantes disciplinas, proximè adhærere à nemine est dubitatum. Et hanc à principio cognitionem, ab Aegyptijs Sacerdotibus, quod Cœlo semper sereno, singulis horis Astrorum itinera spectarent, manasse credimus. Geometricis igitur Elementis instructi, vniuersæ huiusmodi inspectionis Elementa ponimus,

Oculus. Oculum, Radium, Lumen, Visibile. vt oculus punctum referat, Radius lineam; Lumen superficiem; Visibile corpus. Vtque res omnes, quod sunt appareant, nec visu decipiamur; Oculos primo oportet benè valere; nulla intemperie laborare; quin videant omnia quanta, & qualia sunt; seu quanta, & qualia benè habentibus videri solent. Plurima enim in plurimis oculorum sunt vitia. Cum facile vis ipsa videndi, aut disgregetur; aut hebetetur: quod sit acies, seu visus acumen, tanquam punctus, ideòque de facili infici possit atque retundi. quin membranæ diuersæ, orbiculi, pupillares meatus, optici nerui; aquei humoris, aut abundantia aut defectus, rerum non veras sæpè, referunt formas.

Radius. Radius, seu intuitus est, virtus visiua, ex oculo in rem con-


coniecta. nisi integra in rectum sit, sed quoquo modo refringatur, aut hebetetur; ne rem videamus qualis ea est, prohibemur.

Lumen item nimium, cum disgreget visum, formas immutat. Tenebræ ex luminis defectu vim retrahunt, vel opprimunt. cum sit ipsum lumen tanquam superficies, oculorum radijs, tanquam lineis protrahendis. Lumen.

Visibile dicimus, in quod radius videntis oculi terminatur. quod si nimis, aut adstet, aut distet, visum etiam facile immutat, vt formis non suis res spectemus. Cum igitur defectu, tum oculorum, tum obtutus, tum luminis, tum spectatæ rei, facilè decipi possit visus, ideò videri, non quod est significat solũ, licet visu plurimũ credamur discere, sed etiã quod apparet. Vt verò naturæ defectui prospiceret humana solertia, ne quod maximè docere aptum est, maximè nos fallat; hæc principia posita sunt. Visibile.

Ad modum Coni, seu Pyramidis visionem fieri, basi in re spectata, Cuspide in oculo, apparet. tantoquè graciliorem Conum, & Cuspidem esse acutiorem quanto magis res distat; quantoquè res magis distat, tanto videri minorem. quod acutiori Cuspide res spectata, minor appareat. minus acuta, maior. Proiectiones radiorum non omnes æquales esse. ideò hos lõgius illos propius, vno idẽ cognoscere obtutu. Visio.

Nec ijsdem longius qui propius colores prorsus apparẽt; nec locorum intercapedines, nec etiam formæ. Veram rerum formam, in his, quæ videmus, longius, propius, Geometricis rationibus colligi. quod enim distat passibus viginti, bipedali longitudine, si distet quadraginta, eadem proportione minuetur, qua longinquitas crescit, & pedale apparebit. vt si sit oculus A. res, in quam visus fertur B.



atq. de qualibet longitudine, eodem modo euenire apparet.

Lumen maius, Luminis minoris prope positi vim, aut extinguit; aut refringit. Reflectitur lumen obiectu corporis densi, & læuis; præsertim opaci, aut lucidi: cum non possit peruadere, aut hærere. apparet in speculo. quod si corpus peruadat vis densior facta, ferit acutius. quod in plena aquæ phiala experimur. & in specillis ocularibus, quibus seniores vtuntur, vt videant, quæ alioquin videre non possent. Quo longius res distant, eo etiam earum apparet rotundior forma. ideò dubitatum est. An Solis, & Astrorum eadem quæ videtur sit. Luminosum ratione opacitatis cernimus, ac nisi essent vmbræ, & colores, nulla visibilium differentia esset. Et nimis lucidum, adimit visum. Omne enim nimis sensibile, extinguit sensum. Duobus etiã medijs, cõstare visus rationem, in ipso nuper à Galilæo de Galilęis inuento longo perspicillo; non sine admiratione videmus. His principijs positis, Vniuersum hoc, Cœlo, ac Terra contentum metimur. ac certo, per hæc à nobis eorum longitudines, magnitudines, distantias, ac motus cognosci arbitramur. Cœlorum, atque Astrorum dimensionem, Astronomiam; Orbis terræ, ex Cœli cognitione, Cosmographiam dicimus, à Græcis instructi. Ab his artes manant Geographia, Geodesia, Geomoria, & aliæ si quæ sunt, de quibus nos sola principia sectantes; nihil est, quod in præsenti agamus. De Astronomia, igitur, & Cosmographia, scitu tantum insigniora, quæ nescire turpe sit, afferemus in medium.

Astron. Est igitur Astronomia, Astrorum, atque adeò totius cęlestis motus, ex Astrorum motu cognitio: quã intuitu oculorum primo venati sunt homines. Dũ enim viderunt Solẽ, Lunam, Stellas in gyrũ moueri, certis legibus semper eodẽ modo, ita etiã putarunt moueri Cęlum. Cũque non idem sit omnium motus, non vnum esse Cœlum facile sunt persuasi, quin quot motus, tot Cœlos esse, facile etiam credidere.

Cumque hæc tardius, hæc velocius iter peragant, putarunt tardius moueri, quod longius distent, velocius quod propius terram spectent. Cumque etiam septem appareant Astra ab vniuersi via, errare; nec æquali progredi cursu;

quin

quin quandoquè etiam retrocedere, non vnam in motu putarunt, ſed diuerſam ſingulorum naturam.

Ac ſolius Solis virtute Aſtronomica ferè omnia patent. cùm quòd habent Aſtra lumen, ab ipſo appareant mutuata. Quod intuitu, ſola Cęli medietas appareat, Cœli per terras viſu circumductum terminum, Orizontem vocarunt. ex eo tanquam termino omnis Motuum Cęleſtium nobis cognitio. Ab Orizontis contactu Stellarum ortus, atque occaſus dicuntur. Et quo modo videmus, Stellas aliquas nunquam occidere; volui tamen in ipſo conuexo, Polum obliquè nobis imminere cognoſcimus: & Arcticum dicimus, quod v ſæ imaginem referre ibi Aſtra videantur. Borealem etiam, & Aquilonarem; quod inde Boreas ventus, & Aquilo ſpirent. Ex huius Poli perpetuo nobis adſpectu; alterum huic ex aduerſo reſpondentem, nobis perpetuo latere conijcimus. dum enim voluitur orbis, binos Polos ſtare, axis hinc inde terminos; neceſſe eſt; aduerſum Auſtralem, atque Antarticum dicunt. Sol. Orizon. Polus.

Terram mediam, tanquam Cęlorum centrum, intra ipſum Cœlorum rotatum immobilem, corruptioni tamen obnoxiam putamus. Solis ratione, ab horizonte Orientis, atque Occidentis; aduerſas Cæli plagas, Orientem; atque Occidentem vocamus. Septem Stellæ tanquam errantes, quod à cæteris deuiare videantur, Planetæ dicuntur. Firmamentum Cœlum, in quo fixæ ſemper Stellæ, eodem inter ſe diſtantes ſpatio, apparent plurimæ, Firmamentum dicimus. Nec Planetæ cum Firmamento ijſdem voluuntur Polis. Duplicis, Firmamenti, ac Planetarum, Poli diuerſitas, inæqualitatem dierum, ac noctium parit. quin etiam anni tempora, Aeſtatem, Hyemem, Ver, Autumnum, quod diſcrepantis Poli, ratione Solis à terra quandoquè acceſſus, quandoquè etiā receſſus fiat. Ab vtroque Firmamenti Polo diſtātia in gyrum æqualis, Aequinoctiale dicitur, ſeu æquator, atque finitor, quoniam eo Sol deductus, diei noctem adequat. Inter Aequinoctiale, & Polum vtrinquè ficti Paralleli Circuli duo; alter quo ſignatur excurſus; alter quo Polus ipſius Terra. Oriens. Occidēs Planetæ. Aequin.

ſius Solis. maior, propius Aequinoctium habet, minor, Polum. maiorem vtrumque, Tropicum dicunt; vtrumque minorem, Polarem.

Tropici duo. Polares circuli duo. Meridia.

Quinque hos ipſos circulos, æquis angulis, à Polo ad Polũ ducti, ſignant Meridiani numero 180. qui in Aequinoctiali, gradibus alter ab altero, duobus diſtant, ſeſe vtrinque colligentes in Polum. vt qui Apex, ſeu Zenit, ex Catheto in terrenis quibuſuis rebus reſpondeat, poſſit facile inueniri. Ad inſtar Meridiani dixerunt Coluros duos. alterum quo maior, & minor anni dies ſignatur, alterum, quo dierum æqualitas. Hos omnes Circulos ſolis lineis, ſeu ſola longitudine ſignant Aſtronomi. Vni tantum, eiquè oblique excurrenti; ab vtroque Tropico latitudinem, præter longitudinem tribuunt. Zodiacum huiuſmodi vocant; tanquam faſciam vitæ, interſecantem medium Cęlum. in duodecim partes, eius longitudinem ſecant. Duodecim Zodiaci partes, duodecim vocant Solis domos; quod per menſem Sol moueatur in ſingulis, cum tamen à medio, quod Eclipticam dicunt; non declinet. Et domibus ſingulis, ſigna ſingula, imagines tribuunt, Stellis ipſis finitas. Arietem, Taurum, Geminos, Cancrum, Leonem, Virginem, Libram, Scorpionem, Sagittarium, Capricornum, Aquarium, Piſces, dixere. Priora ſex quod ad Septentrionem vergant, Borealia, Auſtralia reliqua.

Coluri. Zodiacũ Domus. Eclictica Signum.

A Polis Mundi, ad Polos Zodiaci ſpatium conſtans gradibus 22. & ferè dimidio, declinationem vocarunt. Hos in Cœlo circulos humanum ingenium, iuuandæ indaginis cauſa finxit. vnus reuera apparet à Septentrione Meridiem verſus, lacteo colore; ideò Galaxia vocatus: Circulos omnes, Cœli cognitioni aptatos in ſphera, numero decem; totidem Cęlos putant. vt ſupra octauam, quam dicimus, ſpheram, ſit Primum mobile. in complexu Empyrij, quod Dei ſedem, ſupremo loco, pro noſtro in ima terra captu, aſtruimus. Et triplicem cum ſpectarint in Aſtris motum ab Oriente in Occidentem, ab Occidente in Orientem; & quem dicũt trepidationis Octauæ ſpheræ, priorem tribuunt.

Declinatio. Galaxia. Motus aſtrorum triplex.

& ſpa-

& ſpatio vnius diei, ac noctis compererunt finiri. alterum Planetarium orbium. qui qnoniam ſuperiori vi in cõtrarium rapiuntur; tantum tamen, ex contrario raptu, proficiunt in ſuo motu, vt 200. annis gradum vnum peruadant; nec huiuſmodi in contrarium iter expleri, niſi annis ſolaribus, aliqui putant 49000. aliqui 36000. Albategnius 24000. quicquid ſit, hunc Platonici magnum annum dixere. & eo expleto, (quod riſu merito excipimus, qui à Chriſto edocti, credimus ſub Cœlo, rebus omnibus finem inſtare) omnia reditura ad ſuum principium. Motum trepidationis, proprium dicunt Firmamenti, habere Polos in capite Arietis, & Libræ. compleri annis 7000. vt alter ſit Empyrei ſupra nonum, cæteros rapientis. Alphon. 49000. Pu. bac. 36000.

Infra Firmamentum ſeptem Planetarij orbes, cum nec ijſdem itineribus, nec æquali celeritate moueãtur; Saturnum dicũt in ſuum locum redire, annis 30. Iouem annis 12. Martem annis 2. Solem, Venerem, Mercurium, eodem ferè ſpatio: ideòquè de eorum ordine, eſt plurimum dubitatum. Lunam diebus 28. ſeu hebdomadibus quatuor. Hebdomadam finit octauus dies, ſicut octaua ipſa ſphera Planetarum rapit, & complet motum. Planet. celeritas varia. Hebdomada.

In Firmamento Stellas omnes, quæ viſu patent, numero teneri dixerunt 1022. ſex magnitudinis differentijs. vt maximę omnium appareant quindecim. paulò minores 45. his etiam minores 208. Quarto loco 474. Quinto 217. omnium minimæ 49. quæ tamen magnitudinem terræ decies octies ſuperare credantur; cum maiores eam ſuperent ducenties ſex. Ex his omnibus imagines 48. pinxerunt ad numerarę, tanquam notas nil expedit. Duodecim ſunt, quæ Zodiaci duodecim ſigna dicuntur. Saturni Aſtrum, continere terram vicibus 91. aſſerunt. Iouis 95. Martis, vna, & dimidia, atque octaua eius parte. Solis, centies ſexies, & ſexageſies. Venerem eſſe vnam ex 37. partibus terræ. Mercurium, ex eiuſdem partibus 32. vnam. Lunam ex tribus partibus item vnam. Stellarũ numerus. Imagin. ſtellarũ. Planetarum magnitudo.

A terra orbem Lunæ conijciunt diſtare millia paſſuum 208542. Planetæ

quantum à terra distent 208542. Ab orbe Mercurij 342750. A Veneris 3640000. A Solis 3965000. A Martis 28847000. A Iouis 46818250. A Saturni 65357500. Et hæc omnia, Optices rationibus muniti, asserunt spectato medio. Cumque non ijsdem prorsus itineribus, nec ijsdem motibus sursum, deorsum, ante, retro, celerius, tardius moueri Planetæ videantur; vt tantæ diuersitatis, rationem afferent aliquam; intra singulorum orbium crassitudinem, orbes minores deuolui saltem tres, diuersis motibus prodidere. His Planetarem Stellam affixam, eodem tempore, diuerso modo agitari: sicut qui in naui, diuerso nauis motu, mouentur. Hos Epicyclos, corpus planetare deferentes, Graci Eccentricos, & Concentricos dixere. De Lunæ etiam, & Solis Eclypsi; de Dierum inæqualitate; de Ortu, & Occasu; de Radiorum, Vmbrarumquè proiectionibus; de Planetarum centro, discrepante ab eo, quod totius Mundi est, plurimum, ab Astronomis hucusque est laboratum. nec vllus discrepantiæ terminus, quod in Ticonis nuper animaduersis, atque Arithmeticis principijs, videre licet; Perspectiuæ artis demonstrationibus; Orizontis intuitu: ad Poli altitudinem, vmbrarumquè proiectionem.

Epicycl.

Cosmographia. Et ab Astronomis, ex Ptolemæo Cęlum in gradus 360. diuisum; cum vni gradui respondere Orizontis faciem quingentis in terra stadijs, compertum fuerit, docet vtrinque Cœli, ac Terræ demonstrationes misceri, à maiori ad minus; & contra, à minori ad maius facta comparatione. Terræ magnitudinem facili prorsus conatu, conijci posse. Quin eius esse circuitum, vt maximum, (sunt qui pro certo asserant) stadiorum 180000. seu milliariorum Italicorum ex Petro Appiano 216000. vt sit ipsius Terræ longitudo, seu diameter. milliar. 6872. additis vndecimis octo. non tamen est omnium vna sententia.

Terræ ambitus.

Cosmographia. Et in Terrę dimensionis cognitione occupati Cosmographi, cum primum, eam ad instar Cęli, Orbis formam tenere, & tanquam centrum, Cœlum vndique æque distans spectare, certissimum putent; Cœlumque ipsum, in partes

qninque

quinque, quas Plagas appellant, dispartiant, vt media ad Aequinoctium vna; vtrinque ad Polos duæ sint: Terræ, totidem, Plagis cęlestibus respondentes, Zonas vocant. Polares duas nimio frigore rigentes, Aequinoctialem vnam uimio æstuantem calore, inhabitari non putarunt. Sed habitari duas reliquas, quas temperatas dixere. cum tamen nostris prope temporibus, humanam prolem vbique propagari, & vitam agere, & senescere, sit compertum.

Ex temperatis duabus, vna tantum Zona Septentrionem nobis spectantibus, nota est. cum alteram Antipodes, incolant. Hanc igitur quam nos vnam sub Arctico Septentrionali Polo spectamus notam, in septem diuidunt partes, quas Climata dicunt. maiora, vbi maior Poli eleuatio; minora, vbi minor. & vix quartam eius partem describunt. nempè à gradu duodecimo eleuationis Poli vsque ad 48. & $\frac{1}{2}$. Paralellis lineis Aequinoctium versus. Primum Clima per Meroem ad gradus 20. & semis. Secundum per Sienem, ad gradus 27. Tertium, per Alexandriam Aegypti, terminatũ ad gradus 33. Quartũ, per Rhodũ Insulam, terminatũ ad gradus 39. Quintum, per Vrbẽ Romam, terminatũ ad gradus 43. & $\frac{1}{2}$. Sextum, per Boristhenem Scythiæ amnem. terminatum ad gradus 47. & $\frac{1}{4}$. Septimum; per Montes Ryphęos, nullo termino constituto. Et primum maximum diem horarum habet 12. & $\frac{1}{2}$. Secundum 13. Tertium 13. & $\frac{1}{2}$. Quartum 14. Quintum 14. & $\frac{1}{2}$. Sextum 15. Septimum 15. & $\frac{1}{2}$. aut 16. pro loci disparitate. Hanc ipsam partem in Asiam, Aphricam, & Europam partiti. tribus quartam Americam Italorum industria, propediem inuentam, cognitis addidere. Aphrica ad Aequinoctium, Asia, & Europa, ad Arcticum Polum spectant; Aphricam ab Europa dirimit Mare; quod ideò Mediterraneum dicitur. Ab Asia Isthmus, qui in Australem plagam distentus, Arabiæ, atq. Aegypti scindit sinũ. Asiã, ab Europa, Tanai fluuius, diuidit Aphrica, & Europa, ad Occidentẽ Athlantico; ad Orientem, Aphrica Mari Indico; Europa Thanari, Meothide palude, & Ponto; Asia Oceano, alluuntur. Aphricæ

Zona. Clima. Aphrica.

ex præcipuis, Prouinciæ numerantur, Mauritania, Tingitana, Cæsarienſis, Lybia, Numidia, Minor Aphrica, quæ nunc Tuniſium, vbi Carthago; Cyrenaica, Marmarica, Aethiopia, Interior Aegyptus.

Aſia. Aſiæ, Bithinia, Galatia, Capadocia, Pamphilia, Lydia, Cilicia, Armenia magna, quam nos Turchiam vocamus. Colchides, Hyrcania, Hybernia, Albania, Scythia, ſeu Tartaria, India.

Europa. Europæ, Hiſpania, Gallia, Germania, Italia, Græcia, Vngaria, Illyria, Polonia, Ruſſia, Valachia, Seruia, Pruſſia, Dacia, Noruegia, Suetia minor, Taurica Cherſoneſus, quæ nunc Tartaria.

Paucas de plurimis, quæ vbique legentibus obuiæ ſunt, ſint ſatis.

In his Flumina plurima, Maria, Lacus, Paludes, Fontes, Vrbes. & plurima memoratu digniſſima præterimus: quod facilè ex alijs innoteſcere poſſint.

Et quoniam cum de Finitione, Demonſtratione, & Medio demonſtratiuo, ſit nobis negocium, & menſurare, vt præmonuimus, ſit idem, ac demonſtrare; dum ſumus in ſenſu; libet menſurarum genera apponere, tum Cœli, tum cæterorum, quæ ſpatio, aut pondere, aut numero conſtant. ne quæ plurimum ſunt vſui, deſiderentur.

Sunt Aſtris, ac Cœleſtibus ſpatijs menſurandis.

Aſtrolabium.
Armilla Ptholemæi.
Anulus Aſtronomicus.
Circinus.
Meteoroſcopium.
Horologia lucida.
Quadrans.
Radius.
Torquetum.
Verſoria pixis. ſeu Acus nautica.

Sunt quibus Geographi vtuntur menſuræ.

Digitus.
Palmus, digit. 4.
Pes, pal. 4.
Cubitus paruus, pedes 1. & ſemis.
Gradus, pedes 3.
Vlna,

Vlna, pedes 4.
Paſſus, pedes 5.
Cubitus magnus, pedes 9.
Decempeda, ſeu Pertica, pedes 10.
Clima, pedes 60.
Plethrum, pedes 100.
Stadium, paſſus 125.
Centuria, paſſus 1000.
Leucas Centuria, & ſemis. licet non vbique eædem.

Metiendis Agris, quod ad Corographiam, ſeu etiam Geographiam ſpectat.

Pollex minima menſura.
Pes, pollices 12.
Verſus quadratus, pedes 100
Clima ſeſquiuncia iugeri.
Iugerum, quod par bouũ poteſt per diem arare.
Prædium, quod par bouũ per annum poteſt colere.

Aridorum menſuræ ſunt.

Lingula, minima menſura.
Cyatus, lingulæ 4.
Acetabulus, cyathus vnus, & ſeſqui.
Emina, Acetabuli 4.
Sextarius, Eminæ 2.
Semimodius, ſextarij 8.
Modius, ſemimodij 4.

Aſſis menſura.

Aſſis partes, ſunt Vnciæ, ſignum	P.
Vncia, Aſſis, pars duodecima, ſign.	—
Sextans, pars ſexta, ſign.	=
Quadrans, pars quarta,	=—
Triens, pars tertia,	==
Quincunx,	≡=
Semis medietas,	S.
Septunx,	V
Bes duæ partes ex tribus,	–S–
Dodrans tres partes ex quatuor,	S3
Deſtans partes decem,	S ==
Deunx partes vndecim,	S ≡≡

Vnciæ fractiones.

Semis medietas,	ε
Duella; tertia pars.	‾ν ‾ν
Sicilicus quarta pars,	9
Sesculus sexta pars,	‾ν
Drachma, octaua pars,	
Semissecla, duodecima pars,	CIↃ
Tremissis, decima octaua,	⊢⊣
Scrupulus vigesima quarta,	
Obolus, quadragesi. octaua,	Ṡ
Bissiliqua septuagesi. secun.	M
Cerax nonagesi. sexta,	Z
Siliqua, centesi. quadragesi. quar.	CİI
Calcum, postremo additum, ad Musices commoditatem, pars centesima nonagesima secunda.	Q

In nummis etiam numerum spectantes.

Sextertium, asses duos cum dimidio, seu drachmæ quadrantem, dicunt.

Drachmam. Decem æris asses. Denarium, quatuor sextertij reddunt.

Minam drachmæ 100. Talentum, minæ 80. vel sexaginta sex millia denariorum.

Extant Scriptores de Perspectiua.

Alazenus.
Apollonius Pergæus.
Bacconius.
Cosimus Bartholus.
Daniel Barbarus.
Egnatius Dantes.
Heliodorus Larissæus,
Io: Baptista Porta, De Refractione, Optica.
Marinus. Optica, Catoptica.
Perspectiua communis.
Vitelli o.
Victruuius.

De Astronomia.

Albategnus. Spherica.
Alexander Piccolominæus.
Alphonsus, Tabulæ Astronom.
Aratus.
Aristarcus Samius.
Astrolabium demonstratiuum.
Astrolabium Catharticum.
Antholicus, de Sphera, quæ mouetur.
Benedictus Altauilla, in Ephemer.
Blanchinus, Tabulæ.
Bito.
Cęsareum Astronomicum.
Ciccus Asculanus, in Spheram.
Christophorus Clauius.
Claudius Pholemæus.
Cyprianus Leonitius, Eclypses.
Egnatius Dantes.
Empedocles Sphera.
Erasmus Osualdus, Theorica Planet.
Gemma Frisius.
Gregorius Purbachius, in Spher. & nou. The.
Higinius.
Hypparcus By:hinus, in Aratum.
Hyparcus, in Phęnomena.
Hyppotyposes, Orbium Cęlestium.
Iacobus Bessonius. Theat. Instrum.
Iason de Nores, Sphera.
Io: Antonius Delphinus, de Cęlesti Globo.
Io: Baptista Cataneus, de Luna.
Io. Fernelius, Cosmotheoria.
Io: Grammaticus, de Astrolab.
Io: Regiomontanus, Tab. Direct.
Io: de Rojas, Astrolab.
Io: de Sacrobosco, Sphera.
Io: Taisnier, de Usu Spheræ.
Io: Stoflerinus, in Spher. & in Astrolab.
Io: Stophlerus in Spher. Procl.
Io: Vernerus, de Motu octauæ Spherę.
Lucius Bellantius de vera Astrolog.
Marcus Beneuentanus.
Maurus Florentinus, in Spheram.
Nicolaus Copernicus, de Reuolutione Orbium Cęlestium.
Nicolaus Dinalis, in Spher.
Nicolaus Raimanus Fundanus.
Orontius Phinęus, Sphera.
Pappus, Collectiones Mathemat.
Petrus de Aliaco, in Spheram.
Petrus Appianus, Instrumen. primi Mob.
Pontanus, in Spher. Pthol.
Pratonicę Tabulę.
Proclus.
Ptholemæus Magnæ Construct. Almagest. Planispher.
Rodulphus Battinguis, Astrolab.
Rutilius Numatianus.
Summarium nouæ Lunæ.
Spheræ ratio, ex diuersis Gręcis.
Theodosius Menelaus, Spherica.
Theon Smyrnęus.
Theonicæ Planetarum.
Titus à Pompa, in Spher.
Valderus, in Spher.
Valentinus Nabod. Elementa Astronom.
Vincentius Danthes, Spher.

De Cosmographia, & Geographia.

Abraham Ortellius.
Adrianus Romanus.
Alexander Citolinus.
Alexander Sardus.
Antoninus Augustus.
S. Antonin. Flor. Episc. In Oper. Hist.
Antonius Pinetus.
Antonius Veronensis.
Apuleius. Libello de Mundo.
Appianus Periplus.
Aristot. siue alius, de Mundo.
Benedictus Bordonius, de Insulis.

Diodorus Siculus.
Dionysius Alexandrinus.
Dominicus Marius Negrus.
Franciscus Barocius.
Franciscus Maurolicus.
Gaudentius Merula.
Georgius B. uin.
Geographia Vniuersalis.
Gherardus Mercator.
Hieronymus Giraua.
Henricus Glaraunus.
Iosephus Roscinus.
Io: Camers in Solinum.
Io: Goropius Becanus.
Io: Honterus.
Io: Mandeuilius.
Isidorus Hispalensis.
Laurentius Coruinus.
Leuinius Lennius.
Ludouicus Gualterus.
Marius Niger.
Martianus Capella.
Martinus Bonleus.
Odericus A Foro Iulij.
Orontius Finæus.
Pausanias, de tota Græcia.
Philippus Ferrarius.
Plinius.
Pomponius Mela.
Petrus Appianus.
Pius Secun. siue Aeneas Sylu. Asia.
Ptholemæus.
Raphael Volaterranus.
Solinus Polyhistor.
Stephanus, de Vrbibus,
Strabo, de Situ Orbis.
Vilius Sequelter.
Vincentius Gallus.
Vuolfangus Laxius.
Zacharias Lilius.


Noui Orbis Descriptores.

Leuinus Apollonius.
Maximilianus Transyluanus.
Osorius Episcopus Syluensis.
Io: Petrus Maffæus.
Petrus Martyr Mediolanen.

Vernacula Lingua.

Aluarus Nunnius.
Americus Vespucius.
Andreas Theuetus Gal.
Antonius Mendoza.
Didacus Godoius.
Fernandus Alarconius.
Fernandus Cortesius.
Franciscus Lopes, de Gomara.
Franciscus Valquez.
Franciscus Vllaus.
Franciscus Remosius.
Fernandus Ouiedus.
Gonsaluus.
Hieron. Benzonius.
Iacobus Gntterius.
Io: de Barros.
Io: Sradensis, German.
Io: Verazanus.
Iosephus à Costa.
Laurentius Ananiæ.
Liuius Sannutius.
F. Marcus Nicensis.
Nunnius Gusmanaus.
Petrus Aluaradus,
Petrus Citeus Legionensis.

M V S I C A.



PERSPECTIVAM proſpicere, ex oculis deducta ratione, ne mens, viſu oculorum fallatur, vidimus. nunc, eodem ex auribus rationis ductu, quomodo vt eadem ipſa mens decepta, muſicis numeris; qua deceptione plurimum oblectatur à terrenis ad cęleſtia ſe trahi putet; videndum, (quod ad Mathematicas Diſciplinas attinet) reſtat. Diuinum verò quid Muſicam eſſe, facilè omnes perſuademur. ideò ex ipſo cęleſtium Orbium rotatu, dixit eam Pythagoras in nos manare. Cum Cœlum ſine Muſicis rationibus moueri, conſentaneum vix videatur. ideò Apollinem Muſagetem, tanquam cœleſtis Muſicæ temperatorem, vocat Orphæus in hymnis. & Muſas quaſi Μελοῦσας dicit. Cumque Muſis, Apollinem præfeciſſent veteres, eum Laurea, atque iuuenta inſignem dixere; qnod ſicut Sol Orbem vniuerſum, ita Muſica animam perfundat lumine, & fęcundet. Sunt, qui aquas apud Aegyptios Muſas vocatas ferant; quod aquarum murmure, ad Muſices inuentionem fuerint homines excitati. Certè Muſica tanquam ὁμοιοῦσικη, idem, quod connectens, ſeu aſſimilans, dicta eſt; hinc Μεμουσαμενοι, tanquam à Muſis concinnati, ſeu facti ad omnia, & omnibus numeris abſoluti, qui virtute cæteris præſtant, ſunt dicti. & Αμουσοι mali, tanquam prorſus illaudati. Muſicis ipſis numeris, plurimum homines permouemur, ad amorem, odium, ſpem, metum, iram ſumendam, aut deponendam. In conuiuijs æque, ac in bellis Homerus, Heroas, Muſicis vti facit, vt eadem ſit medicina, ne animus nimis, aut deprimatur in malis, aut efferatur in bonis. In Dei etiam ipſius cultu Muſicam adhibemus, quod, nulla iniuria, Deum canticis, putemus gaudere; & moueri facilè ad preces. Cumque grauia, & denſa ferè omnia, ictu, aliquem edant ſonum, ſentimus præſtantiora, præſtantius aures ferire. vt aliquo modo ipſamet rerum

Muſices præſtantia.

rum singularum forma, videri possit in sonum effundi. Cætera, quæ ad Musices laudes attinent prætermittimus.

Music. Inuent. Tubal in Sacris litteris, Pater canentium lyra, & organo dictus est. Fratrem is habuit, artis Ferrariæ inuentorem, apud quem obseruato malleorum diuerso ictu, ad Arithmeticas rationes relatis ponderibus, fertur Musicam inuenisse; hoc verò ipsum Græci, Pythagoræ tribuunt.

Music. Quid. Est Musica cognitio, qua soni, seu voces ad Arithmeticos canones reuocantur. vt fiat concentus, seu harmonia. Ponantur igitur pro nostro instituto, tanquam Musices elementa, tum Arithmeticis, tum Geometricis elementis respondentia.

Tonus, Diapason, Diapente, Diatesseron. ferè quod
Vnum, Duo, Tria, Quatuor.

Tonus. Tonus, tanquam vnitas, aut punctus, indicat Sonum, seu Phtongum assumptum, seu Vocem. Sumitur etiam Tonus pro differentia inter sonum, & sonum, idqnè frequentius. Sicut excurrens punctus, dicitur linea fieri; & linea posse in infinitum augeri, & minui; idem etiam de Sono dicendum. at quoniam infinitum demonstrari non potest; ideò singula hæc constitutis limitibus finiuntur. Limites ~~Tono~~, seu distantiæ inter sonum, & sonum, in acumine, & grauitate, ipsi sunt soni, qui & phtongi dicuntur, & lemmata.

Pro Sono, seu Phtongo Tonus sumptus, quindecim apud veteres Musicos, habuit differentias. ad quarum rationem constabant Musica instrumenta. Aprincipio Apollinem, lyram quatuor tantum chordis habuisse instructam ferunt, quintam addidisse Corebum Lydorum Regem. Mox Iagnē Phrygium sextam; deinde Terpandrum, septimam. quo numero Planetarium orbium numerum imitata lyra aliquanto quieuit. Deinde etiam octaua à Lycaone, tanquam Firmamentum, addita est. Nonam deinde adiunxit Prophrastus. Decimam adiecit Estracus Colophonius. Timotheus Milesius vndecimam, & vsque ad quindecim alij. Græcis vocibus vocatæ sunt.

1 Proslambanomenos, Assumpta vox.

Hypate

2 Hypate Hypaton, Principalis principalium.
3 Parhypathe Hypaton, Proxima principali.
4 Lycanos Hypaton, Index principalium.
5 Hypate Meson, Grauior mediarum.
6 Parhypate Meson, Propinqua grauiori mediarum.
7 Licanos Meson, Index mediarum.
8 Mese, Media.
9 Trite Synemmenon, Tertia coniunctarum.
10 Paranete Synemmenon, Proxima coniunctarum.
11 Nete Synemmenon, Postrema coniunctarum,
12 Paramese, Proxima mediæ.
13 Trite Diezeugmenon, Tertia disiunctarum.
14 Paranete Diezeugmenon, Proxima disiunctarum.
15 Nete Diezeugmenon, Postrema disiunctarum.

Licet enim Guido Aretinus vocesviginti ponat; his tamẽ cum compleatur Disdiapason, spectare has ipsas pro integra Musices cognitione sat est. Ita definitus sit Tonus, Voce, cuius differentia tempus longum, & breue. quod signãt in praxi notæ longæ, breues, maximæ, minimæ, semibreues, semiminimæ dictæ.

Tonus verò sumptus pro distantia inter sonum, & sonum; scilicet inter graue, & acutum, indicat in Musicis, Diapason, Diapente, & Diatessaron. *Tonus pro distãtia.*

Quæ quid sint, vt facilius explicetur, vox ad modum ponderis in vncias duodecim diuidatur. Singulæ vnciæ semitonij vocentur. vt tanquam libram, seu musicum corpus, referant toni integri sex.

Sex numerum esse perfectum, in superioribus vidimus. Et sicut cubum perfectum corpus, faciebus sex, angulos solidos habet octo, ita musici tanquam corporis sex toni, octo explicantur vocibus, seu sonis. Sonis enim, seu Vocibus, seu Phtongis, octo continetur Diapason, quod perfectam duplaris consonantiam reddit. cum octauæ quælibet voces, in dispari intensione vnisonum concinant. Et Diapason prima in vocibus consonantia, sicut in Geometricis primo duplum apparet. Diapason verò octo compræhensum, du-

plicatum, vt fiant quindecim voces; Disdiapason resonat. quod tanquam prorsus absolutum, in omnibus veteres assumebant. Diuiso igitur Toni, siue Tensionis, aut spatij secundum graue, & acutum, tanquam musico pondere, in vncias duodecim, vt vnciæ dicantur Hemitonia; & Hemitonij duodecim sint toni integri sex; cum per æqualia partiri sit ipsum Diapason; quod tanquam totum constare partibus necesse est; si 12. in 7. & 5. diuidatur, vt partes inter se quam minimum discrepent, fient Hæmitonia necessario inæqualia, alterum maius; alterum minus. maius 7. minus 5. & ad eandem rationem cum 6. non possit diuidi, nisi toni diuisione, dicemus idem esse quinque Hemitonia, quod duo Toni, & Hemitonium, simul iuncti. & septem Hemitonia, idem quod tres Toni cum Hemitonio. qua partitione Harmoniam Diatonicam vocant; Diapente, & Diatessaron, seu Emiolia, & sesquitertia proportione constantem. siue sumamus 3. & 4. respectu 8. siue 5. & 7. respectu 15.

Diapa-son.

Est igitur Diapente spatij, seu Diastematis, pars tertia; Diatessaron, quarta. atque his ipsis constat, (sicut 1. 2. 3. 4. Arithmetica) vniuersa, circa soni differentias, Harmonia. Cumque Semitonium sit duplex maius, & minus; id quo minus à maiori superatur, Comma dicitur. Cumque receptissimum, atque exploratissimum sit in eadem proportione esse tonum, in qua sunt numeri 8. & 9. Ptholemæus, quod Aristoxenus nō animadnertit, sex Tonis integris Diapason non teneri monstrabit; sed deficere Commate. vt additum quinque Tonis sit bis Hemitoniū minus, siue Diesis. Maius enim Hemitonium Apotomen vocant; minus Diesim. His ipsis à primis Musices Inuentoribus, animaduersis, Monocordum, ex Tetracordis quatuor, in quindecim vocibus formatum est: cōiunctis, atque disiunctis aptum rationibus. tanquam Arithmeticis, & Geometricis, vtrisque binis. Quæ partitionis virtute fit, vt non vnum sit Musices genus; sed triplex; Diatonicum ipsum, ac præterea Cromaticum, atque Enharmonicum. in praxi solo vtimur Diatonico, quod reliqui ob canendi difficultatem desierint. Concinit enim

Diapēte. Diatessa ron. Semiton. duplex. Comma.

Apotom. Diesis. maius, & minus. Hemitō. Monoc. Genus Musices triplex.

Dia-

Diatonicum, Diatessaron per Tonum, Tonum, & Hemitonium, in quem concentũ de facili, ac sponte sua animus fertur. Enharmoniũ concinit per Diesim, Diesim, & Diatonum. Chromaticum per Hemitonium minus, Hemitonium maius, & tria Hemitonia. Diuiso enim tono in partes duodecim, Semitonium ad ponderis rationem habet 6. Diesis deficiens à Semitonio, vncias aut tres, aut quatuor. Tres si pars Toni quarta; quatuor si tertia sit. Vt si Diatessaron sit 30. vnciarum; in Diapason 72. spectantur Enharmonici generis vnciæ 3. 3. & 24. Chromatici, aut 4. 4. & 22. aut 4. $\frac{1}{2}$. 4 $\frac{1}{2}$. & 21. prius molle dictum, alterum durum. Tonici 6. 6. & 18. Diatonici mollis 6. 6. & 18. Diatonici Sintoni 6. 12. & 12. Et hæ Constitutiones Musices impermixtæ modulationis dicuntur. Permiscentur enim in praxi, si libet; & mixtio, sumpta ex visu similitudine, Color dicitur. isque duplex Explicabilis, Inexplicabilis. Explicabilis duplex in Diatonico; Simplex in Enharmonico; Triplex in Chromatico. ijquè aut molles, aut graues. de quibus singulis longius disserere, sectantibus capita rerum, nimium esset. Sat sit pro nostro instituto adnotare; Genus, & Constitutionem in Musicis tanquam rationis formam duplicem dici; alteram vno medio; alteram verò non vno. illam simplicem, hanc duplicem; illam tribus, hanc quatuor ad Geometriæ, & Arithmeticæ rationem, constantem, coniunctim, atque disiunctim. Ita fit, vt in Disdiapason quatuor Tetrachordis, quatuor Harmonici modi, seu Tropi, constituantur, & connectantur. quos etiam Tonos vocamus. Græci, Sistemata dicunt. & græcis vocibus Proton, Deuteron, Triton, Tetradon: quod nos Primum, Secundum, Tertium, Quartum. quibus deinde etiam dissectis, facti sunt octo. indito singulis nomine gentis, quæ frequentius, atque aptius ijs vteretur. ita dixerunt Dorium, & Hypodorium, Phrygium, & Hypophrygium. Lydium, Hypolidium, & Hypermixolidium. vt semper, aut ascendendo, aut descendendo, differentia inter ipsos sit, aut Toni, aut Semitonij, vna tantum nota eleuata. Et differunt inter se, sola Semitonij Constitutio-

Diaton. Enchar. Chrom. Color Musicus.

tutione; in genere, quo vtimur Diatonico. ad hoc enim fictæ à nostris notarum voces, vt, re, mi, fa, sol, la. à mi ad fa Semitonum habēt. Et qualibet nota eleuata constitutio mutari dicitur, quod Semitonus magis, aut minus vergat in partem acutiorem, vel grauiorem, tanquam in pyramidis vocalis, cuspidem, aut basim. Sunt igitur, quod diceaamus, Musicæ consonantiæ sedes, quod 1. 2. 3. 4. in Arithmeticis, Tonus Diapason; Diapente, Diatessaron. ex quibus vniuersa harmonia consurgit, mixtione. Diapason enim cum Diapente, fit tripla. Disdiapason, quadrupla. Disdiapason cum Diapente, sescupla. ac diuersis Diapente, ac Diatessaron supra Diapason additamentis, tot fiunt consonantiarum differentiæ, vt tanquam numerorum innumeris; nullum habere numerum videantur. ideò pauca hæc sat nobis erit posuisse.

Non tamen prætermittemus, quod cum Tonus in duodecim vncias diuidatur, vt duo Toni perfecti sint 24. vnciarum, si addatur Diesis quinque constans vncijs, vt fiant 29. apparet 7. quater. additaquè vnitate, vt sit Synemmenon ipsum Diatessaron, primam, seu minus resonantem consonantiã duobus integris Tonis, & Hemitonio minori constãtẽ, integro Tono addito, fieri Diapente; Emiolio constans. & ideò solo Commate, Diapason, quod diximus à sex tonis deficere. Ita ferè, versa ratione in Geometricis circulus, à sex ductis ad circumferentiam lineis, abundat. Et præter hæc aut simplicia, aut composita, cætera omnia Cacophona, quæ nos dissona dicimus, sunt.

De vocis longitudine, seu de temporis duratione, non videtur prætermittendum; Schismata, Commatis partes, aurium iudicium licet non admittant, quod earum inter se differentiæ minimæ sint; cum tamen sint aliquid, & quodãmodo syllabis, aut characteribus contineantur; consonis litteris referentibus Semitonum, vocalibus integrum Tonum, merito tanquam prolationum vocis mensuras præcipuas, pedes Spondæum, Pæan, Iambum constare. Spondæum tanquam Diapason, syllabis duabus longis. Pæan tan-

tanquam Diapente sesquialtera. Iambum tanquam Diatessarō sesquitertia. ad triplicem harmoniam, Doricam, Phrygiam, Lydiam. Doricam, grauem; Phrygiam, morosam; Lydiam, hilarem; ac petulantem. priorem, Diatonicam; alteram Harmonicam; Cromaticam tertiam. de quibus differentijs aliquanto etiam fusius agemus, cum de Poesi erit sermo.

De Musica scripserunt, præter cæteros.

Abbas Subiacensis Benedictinus.
Adrastus Peripateticus.
Aegidius de Marino.
Albertus Bighius.
Albinus.
Alexander ab Alexandro.
Alexander Aphrodisæus.
Alexander Frigiodacus.
Alypius.
Ambrosius.
Andreas Pappius.
Andreas Tiraquellus.
F. Angelus Picigitonensis.
Angelus Politianus.
Annales Petri.
Antoninus.
Architas Tarentinus.
Aristides.
Aristoteles.
Aristozenus.
Arnaldus.
Athenæus.
S. Augustinus.
Baptista Mantuanus.
Bartholomæus Anglicus.
Bartholomæus Cassanæus.
Bartholomæus Ramus.
S. Basilius.
Beda.
Bernardinus Bogetanus.
Blasius.
Boetius.
Cælius Rhodiginus.
Calderinus.
Campanus. Io: Antonius.
Carolus Valgulius.
Cassiodorus.
Cleonides.
Conciliator, seu Petrus Apponensis.
Cyrillus Commendator S. Spiritus.
Didymus.
Diodorus Syculus.
Dominicus Marcus.
Emmauuel Briennius.
Enchiridion Musices.
Euclides, de Sectione Harmonica.
Eusebius.
Flos Angelicus.
Franciscus Gafforus.
Franciscus Touar.
Franciscus de Colonia.
Francus.
Galenus de Voce.
Galilæus.
Gaudentius.
Gaguinus Grauiensis.
Gelasius.
Georgius Faber.
Georgius Anselmus.
Georgius Rhau.
Georgius Valla.
Gerson.
Goscaldus.
Guido Aretinus.
Guilelmus Peraldus.
Guilelmus de Podio.
Henricus Glareanus.
Hieronymus Meus.
Hilarius.
Hyppocrates.
Iacobus Faber Stapulensis.
Io: Angelus.

Io:

Io: Baptiſta Porta.
Io: Carmelitanus.
Io: Carthuſienſis.
Io: Fabrinus.
Io: de Lacu.
Io: Maria Lanfrancus.
Io: de Muris.
Io: Ramiſius Textor.
Io: Spatarius.
Iordanus.
Iſidorus.
Iulius Pollux lib. 4. Onomaſt.
Lancellottus.
Laurentius Cremonenſis.
Lippomanus.
Lucas Luſius.
Leuianus.
Ludouicus Cælius Rhodiginus.
Ludouicus Cantarenus.
Ludouicus Forlianus.
Ludouicus S. Franciſci Luſitanus.
Ludouicus Viues.
Luſcinius Argentius.
Macrobius.
Marchettus Patauinus.
M. Antonius Benedictus.
Margherita Philoſophica.
Martianus Capella.
Martinus Alpizcueta Nauarrus.
Maurolicus Siculus.
Melchior Torrenſis.
Michael Caſtellanus.
Michael Martinus.
Michael Pompoſius Monac.
Montoya.
Nicolaus Burtius.
Nicolaus Faber.
Nicolaus Liſtenius.
Nicolaus Vicentinus.
Nicolaus Vollitius.
Nicomachus.
Oddo Abbas.
Ornitio Parche.
Otho Anglicus.
Othomanus Luſcinius.
Parea Anglicus.
Parmenſis.
Patritius Senenſis.
Petrus Aaron Hetruſcus Toſcanello.
Petrus Apponenſis.
Petrus Berchorius.
Petrus Bongus.
Petrus de Cannuccijs.
Petrus Cinciarinus.
Petrus Gregorius Tholoſanus.
Petrus Pontius.
Petrus Valerianus.
Philippus Buſtus.
Philippus Veraldus.
Philippus de Vittriaco.
Philolaus.
Plinius.
Plutarchus.
Polidorus Virgilius.
Porphirius.
Poſſidonius.
Proſdocimus.
Pſellus.
Ptholemæus.
Quintilianus.
Raphael Volaterranus.
Speculum Doctrinale Vincentij.
Stephanus Vanæus.
Tacuinus.
Tapia.
Theophraſtus.
Theatrum Muſicum.
Vaccæus.
Vgolinus.
Vincentius Luſitanus.
Vizcargui.
Zarlinus diligentiſs. Italic.

LOGI-

L O G I C A.



ATIONIS formam, hucuſque, in Mathematicis Diſciplinis, tanquam diſcendorum Principijs ſpectauimus. Iam quæ ſub Logices nomine de vera, & abſoluta eius forma traduntur, ponenda manēt. Vt è ſyluoſis ſentibus, quantum fieri poteſt, in veri diſquiſitione, Ratio ipſa vera, aut falſa, videnda, atque tractanda, prodeat in apertum, quanta, & qualis in mente eſt. Cum ſolus numerus, informem rationem, è ſenſu ad mentem trahat; Mens deinde cultam (detur dicere) & delinitam, tanquam gratiam referens, reddere ſenſui eandem videtur.

Habent enim Geometria, Arithmetica, Perſpectiua, Muſica, à ſenſu, in Materia, Subſtantia, Loco, Forma, Quantitate, Tempore, Rationem; in ambitu Magni, & Pulchri, (duo enim hæc ſunt, in quibus graſſatur ſenſus) ſed Intellectus eam à ſenſu abſtractam colere, fouere, fęcundare videtur; concipere ſermones, & conceptos parere ore, dum voces rationales emittit, in ambitu veri, & boni. Rationem igitur ex ijs, quæ per ſe in intellectu ſunt, & ſola voce in ſenſus manant, non tamen abſque numero, quem ſemper rationi adſtare certum eſt, docet hæc ipſa, quam dicimus ab antiquioribus edocti, Logica. & quam ratione altercantis vocis, etiam Dialectica vocāt. cuius ferè principia tradidimus à principio. Eam primum docuiſſe Zenonem aliqui, aliqui Briſſonem, Euthydemum; aliqui Dionyſodorum, & alios putant. ſed nil certum conſtat. Ariſtoteles primus, quod ſciamus, leges fixit. Logicæ finitio.

Dicatur igitur Logica Ars, ſeu Facultas, ſeu Diſciplina formandæ, & cognoſcendæ rationis, aut in mente, aut in voce. ex ijs ipſis, quæ ſunt in mente. quam qui non habent, omnia aut neſciunt, aut ſaltem ſi ſciant, vel neſciant, ſe ſcire, aut neſcire ignorant. cum eius ſit modus, diſcendi; & cognoſcendi. Quem licet Ariſtoteles monſtret, cum res tamen

per

per se ardua sit, ideò fit, vt ferè quisque suam, pro suis laribus, Mineruam adeat, & vocibus ad ingenium vtatur.

Erit igitur, sub Logices nomine, de forma rationis perfecta, in voce, & in mente sermo. Cætera de Methodo, quæ huc pertinent, partim posita sunt, partim ponentur, cum de singulis disciplinis, quæ supersunt, egerimus. vt his cognitis, illa facilius digerantur, & explicentur. Logices igitur hoc modo sumptæ ponantur tanquam Elementa.

Terminus, Propositio, Syllogismus, Inductio.

Termin. Finitio duplex. Terminum ponimus tanquam Punctum in Geometria: quem etiam terminum vocari vidimus. Sed hic terminum interpretamur significatiuam ad placitum vocem, cuius tamen partes nihil significent integrum, scilicet substantiam, aut substantiuè. Idem igitur indicat terminus, quod finis, seu finiens; aut finitum. Finitio igitur primum Logices elementum nomen.

Ex nominibus ad significandum aliquid vnum, positis, quibus indicentur rei genus, & differentia; vera, & perfecta, Definitio fit: quam Logici, tum Finitionem, tum etiam Orationem, Enunciationem, atque Propositionem vocant.

Finitio. Finitionem, quod sicut Nomen, nec verum, nec falsum;

Oratio. Enunc. Orationem, & Enunciationem, quod aut verum, aut falsum dicat; Propositionem, quod in Syllogismi forma, qua verum nos cognoscere intendimus, proponatur. vt alioquin sit idem, atque Oratio, & Enunciatio. Et sicut Grammatici Orationem dicunt intransitiuam, & transitiuam; intransitiuam solo nomine, & verbo constantem transitiuam nominibus, scilicet agente, atque patiente; dicunt Logici Enunciationem, siue Propositionem de secundo, & tertio adiacente. illam solis constantem nomine, & verbo. hanc

Copula. Propos. affir. neg. vniuer. part. nominibus saltem duobus, altero, quo subiectum, seu materia significetur, alterum quo Prædicatum, seu forma. quæ ambo verbo nectantur, seu copulentur. Et omnis Propositio affirmatiua, aut negatiua; vniuersalis, aut particularis

laris dicitur, aut etiam indefinita; quod nullo, aut vniuersali, aut particulari signo vtatur. à signo Propositio quanta, ab affirmatione, seu negatione dicitur qualis. signa sunt Omnis, Nullus, Aliquis. Affirmatiua dicitur Propositio, seu Enunciatio, cui nulla sit, vel sit duplex, negatio adiuncta. Subiectum, & Prædicatum, aut sunt æqualis significationis, aut inæqualis; vt alterum significet magis, alterum minus vniuersale. si sit æqualis vtriusque significatio, potest absq. vlla falsitate propositio conuerti; vt subiectum prædicati subeat locum, & contra. nisi sit æqualis, non potest, quin propositionis veritas infringatur. omne enim totum, cum sit maius qualibet sua parte, non potest ei æquiparari, nisi secundum partem: ideò quod vniuersalius, id præ cęteris prædicatur. Et Propositiones, seu Enunciationes comparatæ inter se, vel dicuntur Contrariæ, vel Subcontrariæ, vel Contradictoriæ, vel Subalternæ. Contrariæ Affirmatiua, & Negatiua, cum signo vniuersali. vt Omnis homo est animal; Nullus homo est animal. Subcontrariæ, quæ signo particulari, eodē modo se habēt, vt aliquis homo est animal, aliquod animal est homo. Contradictoriæ, vniuersalis, particulari comparata, affirmatiua negatiuæ; aut contra. vt omnis homo est animal; aliquis homo nō est animal. Subalternę, affirmatiua affirmatiuæ, negatiua negatiuæ; quarū sit altera vniuersalis, altera particularis. vt omnis homo est animal, aliquis homo est animal. Et Negatio habet, vt vna neget, duæ affirment; tres negent, quatuor affirment. ideò addita negationi, affirmat. addita signo vniuersali significat particulare; & nomini addita, infinitum etiam reddit nomen. vt affirmatiua propositio fiat. Quoniam contraria non possunt in eodem loco esse simul, nisi refractis vtrinque viribus; ideò ex vniuersalibus affirmatiua, & negatiua, tanquam contrarijs; necessario altera est falsa, cum sit altera vera: ita etiam se habentibus subcontrarijs, & contradictorijs, eodem nomine. In subalternis si sit vera Vniuersalis, est etiam eius particularis; non tamen contra. non enim maius à minori tenetur, sicut à maiori tenetur minus.

Subiect. Prædic. Aequal. Inęqual. Conuer. Propos.

Propos. compar.

Propos. Contr.

Propos. subcōtr.

Propos. contrad.

Propos. subalter.

Negatio.

Propoſ. Materia, & For. Materia neceſſa-ria con-tingens remota.

At ſi dicamus Propoſitionis materiã cõſtare Subiecto, Prædicato, & copula; vt forma ſit affirmatio, aut negatio; dicemus habitudinem prædicati, ad ſuum ſubiectum, eſſe vel neceſſariam, vel contingentem, vel remotam. neceſſariam ſi non poſſit aliter ſe habere; contingentem, ſi poſſit; remotam ſi falſo ſubiectum ſubijciatur, & prædicatum prædicetur. Et cum Propoſitionum conuerſarum, in materia neceſſaria, neceſſario, ex iam dictis, altera ſit vera, altera falſa; in contingenti eſſe falſæ poſſunt ſimul, Contrariæ; non veræ. & veræ poſſunt eſſe Subcontrariæ; non falſæ. Ex Contradictorijs, altera vera, altera falſa. Ex Subalternis poteſt particularis eſſe vera, cum tamen vniuerſalis ſit falſa. In materia remota, neque vniuerſales, neque particulares, neque ſubcontrariæ poſſunt ſimul veræ eſſe, aut falſæ. Sed Subalternæ neceſſario falſæ ambæ. At indefinitæ ſigno vniuerſali, aut particulari, in materia contingenti, nihil prohibet, quin ex vtraque parte ſint veræ. Poſſunt, variata quantitate, quæ alioquin ſint falſæ conuerſiones, eſſe verè affirmando. Et hæc per accidens conuerſio dicitur. negando enim ambæ, aut veræ, aut falſæ ſunt, aut in toto, aut in parte; inter tamen inæqualia, cuiuſmodi ſunt homo, & animal. Eſt enim hæc vera, Homo eſt animal; & falſa hæc, Animal eſt homo, niſi addito termino, qui quantitatem adæquet, vt, Aliquod animal homo eſt.

Propoſ. Modalis

Additis verò in Propoſitionibus, Neceſſario, Contingenti, Poſſibili, Impoſſibili, Propoſitiones modales dicuntur, & eodem ferè modo, (quod paſſim patet in Scholis) ſe habent.

Catheg. Hypote.

Ita etiam Cathegorica, ſiue ſimplex propoſitio, ſi duplicetur aliquo nexu, Hypothetica dicitur; Copulatiua, Diſiunctiua, Conditionalis. Copulatiua eorum, quæ ſimul ſunt. Diſiunctiua eorum, quæ non ſunt. Conditionalis eorum, quæ ſe conſequuntur.

Syllogiſ.

Syllogiſmus, Tertium Logices Elementum dictus, quod ſimul ponat, quæ rationem formant, ad rerum cognitionem; conſtat perfectus Propoſitionibus tribus, Maiori, Minori, & Concluſione. duabus extremitatibus; & medio bis ſũpto. ſicut diximus, de ratione, in

Mathematicis, ex tribus terminis. Cum sit enim omnis ratio, aut de æquali, aut maiori, aut minori, Medium dicitur, quod vel in parte prædicatur, in parte subijcitur; vel prædicatur vtrinque, vel vtrinque subijcitur, tanquam mensura. Et maior dicitur Propositio, magis vniuersalis. Minor minus vniuersalis. atque ex particularibus Syllogismus, nullius est vsus. cum enim sit Syllogismi perfecti materia, Ens rationis, Forma, dispositio propositionum ad conclusionem aptè, ex his deducendam; deducitur, vniuersali adhibito tanquam mensura. Et dispositio triplex, pro triplici medij positione, Figura dicitur.

Syllogis. Materia, & For.

Figura Syllog.

Si primo loco, in maiori Syllogismi Propositione, subijciatur; in minori Medium prædicetur; dicitur Syllogismi prima figura. Si secundo loco, in prima, & secunda; seu in maiori, & minori propositione; secunda. Si primo loco in vtrisque dicitur tertia. Id, quod in Geometricis diximus, mensuram metiendis, aut vtrinque aptari, aut vtraque mensuranda, ipsi mensuræ. aut ipsam alteri, alteram ipsi. Posita verò sunt figuris nomina Primæ, Secundæ, & Tertiæ, ratione præstantiæ. Quæ enim sola infert vniuersale affirmatiuum, dicitur Prima. quæ Vniuersale tantum negatiuum, Secunda. quæ non nisi particulare, Tertia. Quin cum medij sit, inter extremitates locum tenere; Prima primo ponitur, & præstantissima figura dicitur. Et cum præstet magnum paruo; ideò vniuersale particulari; prædicatum subiecto; ideò hæc Secunda, hæc Tertia dicuntur. Præterea cum Secunda concludat negatiue, tum vniuersale, tum etiam particulare; ratione negatiuæ Propositionis maioris, aut minoris; Tertia particulare, affirmatiuè, & negatiuè: affirmatiuè, si Propositiones affirment; Negatiuè, si ex duabus altera neget: & cum affirmatiuè, & negatiuè, benè fiat conclusio, tum vniuersalis, tum etiam particularis, in prima tantum figura; facilè est, hanc vnam germanam, ac genuinam esse, cæteras tanquam spurias, & potius captionibus captandis, quam veritati elucidandæ factas, asserere. ideò an in illis error sit, videmus, reductione ad primam. Qua

Prima Figura.

2. Figur.

3. Figur.

in re, diſcentium ſolertiæ, vt facilius modi, & reductiones memoriæ adhæreant, & quid, cui aptandum, in promptа ſit; Recentiores carmina, quorum vſus eſt in Scholis, compegerunt.

Barbara, Celarent, Darij, Ferio, Baralipton,
Celantes, Dabitis, Fapeſmo, Friſeſomorum;
Cæſare, Cameſtres, Feſtino, Barocco, Darapti,
Felapton, Diſamis, Datiſi, Broccardo, Feriſon.

Quibus tanquam ſignis, diſputando poſſint aduerſario, niſi cauerit, laquei parari. quod eſt, æque ac, in militari conflictu inſidijs vti. Eſt interpretatio vocum, paſſim in Scholis peruia.

Nouem prioribus modis, indicantur totidem primæ figuræ modi; Quatuor qui ſequuntur, Secundæ. Sex reliquis Tertiæ; In prima quatuor directè, cæteri indirectè, prædicato in ſubiectum conuerſo, concludunt. conuerſio fit propoſitionum reductione, aut in toto, aut in parte; ſcilicet Simpliciter, Per accidens, Traſpoſitione, & Per impoſſibile: quod ex tranſpoſitione, impoſſibile inferatur. Et omnes formæ ad quatuor primas, vel oſtenſiue, vel per impoſſibile reducuntur. Sicut quælibet rerum, aut Compoſitio, aut Diuiſio, integra earum finitione firmatur. ſibi enim reſpondent, Syllogiſmi Prima, Secunda, Tertia Figura; & demonſtrandi modi; Definitiuus, Compoſitiuus, Diuiſiuus. Prima enim figura, in qua medium prædicatur, idemquè ſubijcitur, definitiuam omnium optimam indicat diſcendi rationem, æque à ſenſu, atque ab intellectu; cum propriè ibi hoc magis, id minus vniuerſale ſpectetur. Secunda, vbi medium de vtraque prædicatur extremitate, Compoſitiuam, quæ eſt à ſenſu ad intellectum, demonſtrat. Tertia, vbi medium ipſum ſubijcitur, Diuiſiuam. Mediũ enim aliquo modo, hic in partes diuiditur. & hac arguendi ratione potius quid non ſit, quam quid ſit res demonſtratur. quæ licet in diſcendo, ſit omnium poſtrema ratio, quod minimè omnium conſtet; in ipſa tamen diſcendi via omnium prima eſt; quod prius appareat quid res non ſit, quam quid ſit.

Prima Figura definitiua.

2. Figur. compoſ.

3. figur. diuiſ.

nec

nec quid non ſit apparet, niſi aliquo modo quid ea ſit, conſtet. En igitur Encyclopedia.

At eſt etiam Syllogiſmi forma, quæ dicitur ex Hypotheſi: ſeu ex ſuppoſitione, quam etiam vocant Conditionalem. Eius plurimus eſt in Geometricis vſus, ex Antecedentibus, Conſequentibus, & Repugnantibns. vt cum dicimus: ſi primum eſt, ergo ſecundum. Primum verò, eſt; eſt ergo etiã ſecundom. Et ſi non primum, nec ſecundum; ſed ſecundum, ergo primum; Ita etiam. Non poteſt idem eſſe primum, atque ſecundum, primum verò eſt, ergo non eſt ſecundum. Syllogiſ. hypote.

Altera quam tanquam quartum Logices Elementum poſuimus, Rationis forma, Inductio; non tribus, ſed quatuor conſtat; comparatione duorum, ad duo; qua non inæqualitas, per ſe, & primo; ſicut in Syllogiſmo; ſed potius æqualitas rerum ſpectatur. aut geometricè, quod dicebamus, aut Arithmeticè, aut Harmonicè; ſiue in portione, in proportione, in proportionalitate, (quam diximus) comparatis inter ſe rebus, componendo à ſenſu, eo ipſo modo, qui non ſemel poſitus in ſuperioribus eſt. Et hæc, aſcendendo Demonſtratio, Quia; tanquã à ſenſu, altera tanquam ab intellectu deſcendendo, Propter quid, dicitur. 4. Elem. Inductio

Iã quod ad Rationis, ſeu Syllogiſmi materiã attinet, quatuor eam tanquã Logices, qualitatibus primis contineri cẽſemus in intellectu ſcilicet Indiuidui, Speciei ſpecialiſſimę, Speciei ſubalternæ, & Generis. Quicquid enim nobis incognitum, præter nomen ſit; ſub his formis cognoſci primò neceſſe eſt, ratione numeri, componendo, ſeu diuidendo. Materia Syllog.

Compoſitum, in mente Genus. Diuiſum Indiuiduum, quod cum omnibus quantitate ſubſit, de nullo poteſt dici, aut prædicari. Genus cum omnibus, quantitatis intellectu, ſuperſit, natura nulli ſubijcitur, ſed de omnibus prædicatur, tanquam totum, quod neceſſario ſuas continet partes. Media inter ambas extremitates, Species, dicitur maior, & minor. maior generis etiam naturam retinens, de pluribus differentibus ſpecie prædicatur, minor naturam retinens indiuidui, de pluribus tantum differentibus ſolo numero. hæc Genus. Indiuid. Species.

ſpecies

ſpecies ſpecialiſſima, illa ſubalterna, dictæ. Hoc primum de qualibet re innoteſcere, neceſſe eſt. & hoc primo intellectu, omnis conſurgit rationis vis. Hoc ipſum eſt in mente finire, rei genus proximum, ſine dubitatione tenere, & quomodo res ipſa à cæteris ſuis ſimilibus diſcrepet; ſeu quoto gradu ſub genere ſit, videre. nec id in omnibus æque facile eſt ſpectare, cum quandoque per ſe res pateat, quandoque etiam lateat. vt nec aſſequamur.

Demonſtrat. Tunc verò ſumpſiſſe materiam aptè ad demonſtrandum videmur, in Syllogiſmi conſtructione; quando proprio, & proximo rei genere noto, & vero; & rei vera, & certa concluſionis cauſa, vtimur. Tunc dicimur rem demonſtrare, ſeu quantacunque ea ſit menti proponere. alioquin incerta omnis vis rationis; ſeu inductione fiat, ſeu Syllogiſmo.

Dialect. Cumque ita res plurimæ ſint in ancipiti, Ars in vtranque partem arguendi, Dialectica dicta eſt. à maioribus, aut minoribus, aut æqualibus apparentibus, deducta ratione conſtans. Sophiſt. Sed qui apparẽtibus falſis tanquam veris vtuntur, Sophiſtæ, tanquam deceptores dicti; æquiuocis, tanquam vniuocis inſtant; ambiguis tanquam certis; compoſitis, tanquam diuiſis; diuiſis tanquam compoſitis: inuerſione accentus, dictionis, figuræ. parte pro toto, toto pro parte, accidenti pro proprietate, vtuntur; genere pro ſpecie, & contra; petitione principij, ac cæteris, de quibus ſunt Elenci conſcripti. & quæ colligere, inuerſa bonæ demonſtrationis forma, poſſimus. non enim nos in his expedit immorari, cum tanquam venena, veritatis indagatori ſint obuia; & facilè noxiæ plantæ per ſe naſcantur.

Topicas argumentorum ſedes, licet optimo conſilio conſtitutas eſſe ab Ariſtotele, par ſit credere; per quam tamen paucos videmus, ex his diteſcere; plurimos parui facere, quod ſalebroſæ viæ, non facilè appareat exitus.

Logices verò, propria Axiomata, huiuſmodi ſunt. De quolibet verum eſt affirmare, aut negare. Cuius eſt affirmatio vera, eius eſt negatio falſa, & contra. Quod verum aut falſum eſt de omnibus, id etiã de ſingulis. at non contra.

In

In Aristotelis Logicam ferè vniuersam.

Audreas Cesalpinus, Aretinus.
Auerrohes.
Chrysostomus Iauellus Epitome.
Collegium Conimbricense.
Iacobus Mazzonius, de Triplici Vita.
S. Thomas Aquinas.

In Prædicabilia Porphyrij, & Aristot. Prædicamenta.

Albertus Magnus.
Ammonius.
Antonius Mirandulanus.
Augustinus N phus.
Boetius.
Dexippus.
Dominicus Soto.
Flaminius Nobilius.
Franciscus Titelmannus.
Franciscus Toletanus.
Io: Franciscus Burana.
Io: Duns Scotus.
Paulus Venetus.
Petrus Fonseca.
Petrus Hispanus.
Porphyrius.
Paulus Soncinas.
Thomas de Vio Caietanus.

In Priora.

Aegidius.
Alexander Aphrodisæus.
Bagolinus.
Io: Franciscus Burana.
Io: Grammaticus.
Io: Duns Scotus.

In Posteriora.

Aegidius.
Apollonius in prim.
Dominicus Soto.
Eustratius in secund.
Iacobus Zabarella.
Io: Grammaticus.
Io: Scothus.
Themistius.
Thomas de Vio Caietanus.

In Topica.

Academia Veneta.
Albertus Magnus.
Alexander.
Antonius Demochares.
Augustinus Nyphus.
Franciscus Titelmanus.
Louanienses.
Stephanus Carnisius, Cathena Aurea.
Petrus Hispanus.
Thomas Bricot.

In Elenchos.

Alexander Aphrodisæus.
Augustinus Nyphus.
Bernardinus Tomitanus.
Io: Scotus.

RHETO-

RHETORICA.



ATIONEM, cuius ductu discimus, ac docemus, quanta, & qualis visu, auditu, mente appareat; hucusque qua maiori potuimus breuitate, explicauimus; nudam, quali in Naturalis Philosophię perscrutatione, Philosophi à vulgarium intellectu remoti, vti solent. Reliquum est, vt eiusdem effigiem ad vulgi captum, fucis illitam, atque ornatam, qualem in hominum conuentu decet, afferamus in medium. Hanc qui docent Rhetores tanquam ordinati, seu ornati à Græcis sunt dicti, quoniam Rhetori non tantum quid res quælibet sint, sed quid in voce appareant, & vt appareant, curæ est inuenire. quod non intellectum sicut Logices, sed potius voluntatem, sit Rhetorices munus, aut sedare, aut permouere. ideò non naturæ vniuersæ arcana scrutatur Rhetor; sed tantum quæ ad componendos mores, & ad publicum vitæ bonum spectare videntur; ideòquè merito, cum quodammodo Reipublicæ Rhetor teneat gubernacula, eum bonis moribus præditum esse, necessario putant. nisi enim huiusmodi sit, non facile cæteri ad virtutem ductorem eum sequantur. Explodendam Rhetoricam, quod ait Aristoteles, ab hominum, præsertim Iudicum, conuentu, putarunt aliqui: ne facundia Iustitiam, aut etiam vniuersam virtutem, inuertat. cum tamen circumuallatam in omnibus, modis plurimis veritatem, quoniam per nosipsi persæpè non videmus; ne in malum, recti specie decepti, trahamur; prudentis consilij habitum est, consulentibus Rhetoribus, tanquam diu, multumquè in boni disquisitione versatis, aures præstare. ita tamen, vt liberum sit audienti, ire, vel non ire in sententiam: in quam non Orator, sed ratio, ab Oratore persæpè è tenebris eruta, trahit. Ideò Græcorum maximi eam plurimi fecere, quos etiam Romani sunt imitati. Nec qui eam primus, laboribus excoluerit, est conijcere. Græci, Demostheni, Aeschini,

Lisiæ, in eius cognitione primas deferunt. Zeno Logicam pugno, Rhetoricam aperta manu, significabat. quod Rhetoris sit in verborum apparatu laborem impendere, Logici contra, quam minimis vti.

Rhetorices Elementa, cæterarum facultatum hucusque positarum Elementis, nostro modo positis respondentia.

Dictio. Oratio. Enthimema. Exemplum. Rhetor. Elemen.

Dictio spectatur merito primo, in ipsa benè dicēdi cognitione. Triplex, dictum est in Grammaticis, dicendi genus, quod tamen virtus Grammatica per se non assequitur, sed Rhetorica; Humile, Medium, Grande. Humile, quo inter familiares vtimur, verbis sponte sua in rem paratis. Medium in quo datur, artis luminibus, Orationem honestare; modestè tamen, ac sine luxu. Grande, in quo liceat omnibus eloquentiæ neruis, conari, vt ea sit auribus mulcendis, ac detinendis accommodata. Hanc triplicem in dictione differentiam certo delectu tenere, non exiguæ est curæ opus. quod plerique omnes experimur. Sectantem enim leuia nerui sæpè (quod ait Flaccus) deficiunt, animiquè. professus grandia, turget. Neque enim in exili dicendi genere, licet vulgi vsu detrito, omnes eodem gradu bene dicendi sibi comparant laudem. Videre vt sit, nec eos, qui Ciceronis consuetudine familiariter vtebantur, vno, eodemque tempore in eadem fortuna positi, amici; in epistolari contextu æquali virtute collineasse. vt etiam in minimis, longo studio, naturæ, atque ingenij vires, nutriendæ serio sint. Dictionem discrepantem reddunt numeri, in syllabarum compositione: circuitus in periodis, figuræ dictionis, & tropi, seu translationes. Iambi dant humile dicendi genus: Pæanes Medium: Spondei grande. sed nec id satis; concisis periodis Humile, plenioribus Medium, Grande verborum circuitu gaudet. figuris dictionis, parcissime vtitur Humile, plurimum Grande; medio se tenet Medium. Verbis de plebe sumptis Humile, Medium aliunde, sed non longè petitis: Grande longè aduentantibus honestatur. Tropi est singulis vsus. Sed Humili ex cœno, Grandi ex chrystallinis fontibus,

Dictio. Dicendi genera. humile medium grande.

ſumpti; Medio hinc inde: quod verò ad ſingulas dictiones attinet, cauendæ proponuntur, improprietas, ſuperfluitas, ambiguitas, obſcuritas, operoſitas, negligentia: & vitanda prorſus, quæ Grammaticis regulis aduerſantur, Barbariſmo, & Solœciſmo comprǽhenſa.

Oratio. Quod verò attinet ad alterum Elementum, Orationem; dicimus duplicem eam eſſe: ſimplicem, atque compoſitam. de ſimplici Grammatices monita ſunt: compoſitam Rhetor ſpectat. in qua plurimum perſpicuitas, decorum, numerus, conuenientia, laudantur. vt nec breuis, nec longa nimis videri poſſit, quod vt fiat, verba ſunt rebus aptanda. eo prorſus modo, quo aptantur corpori indumenta. Et decorum potiſſimum, ex proportione in translationibus fieri, merito Ariſtoteles animaduertit; In deriuatione, in honeſtate, in amplitudine, in coniunctionum vſu, in repetitione, phraſi, periphraſi; & translationes facilè in ſe audientium aures conuertere; ſicut in ciuitate, peregrino habitu induti faciunt: qui tamen ſi cateruatim irrumpant, inſidiarum timorem inijciunt, ita nimiæ translationes. Numerus etiam plurimi eſt momenti, vt ex ipſo ſentiant, qui audiunt ſe detineri; & cum in Muſicis tribus præcipuè pedibus ſtare numerum dictum ſit; in Oratione ſoluta, ſolus Pæan viget, quod ſolus Poeticum Rithmum non habeat. ideò tum in principio, tum etiam in fine, ei vni ſemper locus dandus: vt à longa ſyllaba principium, finemquè teneat, ſæpius, niſi ſemper Oratio.

Differt etiam Oratio, ab Oratione; longitudine, & breuitate. vt vel vna periodo terminetur, vel pluribus. de breuiori monuimus. De longiori monemus. Eam, vel Epiſtolarem, vel Hiſtoricam, vel Oratoriam dici. Epiſtolarem conſtantem expoſitione ſingularium rerum; vix vllo rationis vſu; in tot diuiſam ferè genera, quot loqui ſignificantes, verborum in Grammaticis numeratæ ſunt differentiæ. Hiſtoricam, publicarum rerum, earumquè inſignium expoſitione conſtantem, parco item rationis vſu, quod eius ſit res exponere, non probare. Oratoriam, apprime ſpectat

Oratio Epiſtolaris.

Oratio Hiſtorica.

tanquam

tanquam præstantissimum dicendi genus Rhetorica, rationi necessario adnixum; vt suadeat, aut Populum in publicis munijs, aut Iudices in priuatis. Huiuscemodi Generis, triplex dicitur Genus; Demonstratiuum, Deliberatiuum, Iudiciale. Demonstratiuum præsens spectans tempus; Deliberatiuum futurum; Iudiciale præteritum. Monstrat Demonstratiuum cuiusmodi res, de qua agitur sit. Deliberatiuum cuiusmodi, in boni sit comparatione, futura. Iudiciale cuiusmodi fuerit. Iudicat enim Iudiciale de præteritis bonis, aut malis. Deliberatiuum de futuris, Demonstratiuum de præsentibus: & in singulis, aut laus, aut vituperatio irrepunt: cum in singulis, de fœlicitate, in virtutis laudibus posita, fiant disceptationes. licet Demonstratiuo quid honestum, Deliberatiuo, quid vtile; Iudiciali, quid iustum, quærere videamur. Oratio Rhetor. Orationis genera. Demonstr. Deliber. Iudiciale

Huiusmodi triplicem Orationem, tanquam Logicam rationem, vt sit perfecta; constare, Maiori propositione, Minori, & Conclusione dicemus. Maiori, Vniuersalium scilicet positione, quorum virtute fiat conclusio. Minori, qua rei propositæ, proprietates indicantur; ex quibus Orator in fine id colligat, quod intendit. Non tamen semper prior maiori, posterior minori locus. quia minoris frequentior est prima sedes. Ideò orationis ab omnibus ponuntur partes, Exordium, Narratio, Confirmatio, & Peroratio, Est enim Exordium tanquam prima facies, quam venustam præ cæteris partibus expedit esse; vt in dicendorum cupiditatem alliciantur Auditores. Id verò fit captando eorum beneuolentiam, attentionem, docilitatemq; idque facere Orator dicitur, dum ipsorum laudes extollit, proprias deprimit: se daturum breuibus, noua, inexpectata, grandia promittit: & dicendorum tanquam imaginem proponit videndam. Quod nisi fiat, facilè audientium aures in alia omnia auertantur. cum enim, attentionem cæteris præstare, quoddam seruire sit; sicut seruire omnes, ita cæteros loquentes audire, non facilè toleramus, nisi seruire etiam eos qui dicunt, nostris auribus, à principio, ex ornato dicédi ge- Oratoria ratio Orationis part.

nere, & modesta attestatione, colligamus.

Narratio Narratio est tanquam præcognoscendorum positio, cuius virtute, dicendis fides sit adhibenda. ideò Narrationem expedit sine fuco, & fallacia, sine artis luminibus, simplicem, castamquè apparere, vt nemo suspicari possit, in ea aliquid mali doli, latere.

Cõfirm. Confirmatio, tanquam minor Syllogismi totius Propositio, est in qua explicatur vis rationis. in ea enim licet arguere, verum venari, ac demonstrare. ratione vel à causis, vel ab effectibus, vel à toto, vel à parte, vel à simili, vel à

Perora-tio. dissimili; seu contrario desumpta. In qua, quando sibi satis Orator fecerit, ad finem properans, & dictorum refricans memoriam, maiori, quam prius soleret, impetu, Auditores in probatam à se sententiam, omnibus eloquẽtiæ viribus impetit, figuris verborum, sententiarum, interrogationibus, admirationibus, precibus, minis, vultu, gestu, oculis, voce, vt vndique sentiant Auditores, ab Oratoris prolata sententia, nihil quod in eo sit, discrepare. quod si secus fiat, merito tanquam deceptor Orator, irrito conatu, ab Auditorum conspectu discedit. Ideò vt se satis muneri suo facturum speret: ei primo curanda ponuntur Inuentio, Dispositio, Elocutio, Memoria, Pronunciatio. Quod rerum inuentione præstet oratio, ingenij acumini dandum est: quod præstet rerum singularum dispositione, iudicio tribuendum; quod memoria, naturæ. quod elocutione, & pronunciatione, assiduo vsui. Vsu enim longo Demosthenem scimus, ac cæteros vitia naturæ vicisse. Quid vero sint Vtile, Honestum, Iustum, quibus Rhetorica monita, fulciuntur, quod circa hæc vna, versetur eloquentiæ ars tota, quando de ipsis suo loco, erit sermo, apparebit.

Enthym. Tertium erat Rhetorices Elementum, Enthimema; quod in ipsa cõsuetu line adhibere plurimũ solemus omnes. Cum enim sit omnium maximè, omnibus notum in vitæ vsu, tanquam certissimum; hominis felicitatem quantum in terris licet, valetudini bonæ, diuitijs, virtutibus, atque honoribus inniti; & omnes prorsus humanos actus, ex his mensurari;

ideò

ideò ne frustra vtamur, quibus carere possumus; ex vna tantum Propositione, minus scilicet nota, & ad notitiam deducta, Syllogismus, qui ratione deficientis Propositionis, Enthimema vocatur, in popularium rationum ostensione, consurgit; pro rerum oportunitate maiori, vel minori, retenta Propositione.

Et sicut Syllogismo Enthimema respondet, ita respondet Inductioni Exemplum. Exemplo enim plurimum nititur ciuilis virtus. Quod est ab ipsis particularibus deducere, tum particulare, tum etiam vniuersale. in Exemplo enim spectatur similitudo; prima discendi, quod vidimus in Mathematicis, ratio. Plura enim eodem intuitu in similitudine rerum videmus. Hinc aditus ad translationes, Orationis totius lumina. cum translatio, à similitudine, sicut definitio ab ipsa demonstratione, differat solo modo. Ac de longa Rhetorices instructione, pro plurimis, sint nobis hæc pauca.

Qui Rhetores extant Græci, & Latini.

Aphthonius Apher.
Aquila Romanus.
Aristoteles.
Consultus Chius, Fortunatianus.
Demetrius Phalereus.
Dionysius Halicarnassæus.
Dionysius Longinus.
Georgius Trapezuntius.
Hermogenes.
Io: Vocellus.
Ludouicus Viues, de Cor. Discip.
M. Tullius Cicero.
M. Antonius Bonciarius.
Platonis Gorgias.
Priscianus.
P. Rutilius Lupus.
Quintilianus.
Bartholomæus Caualcantes, Italicè.

Qui de Rhetorica Ecclesiastica.

Aloysius Granata.
Augustinus Valerius Cardinalis.
Cyprianus Soarius.
Guilielmus Parisiensis.
Iason Nores.
Ludouicus Carbo.

Oratores, & Declamatores Græci.

Demosthenes.
Demetrius Phalereus.
Aeschines.
Isocrates.
Lisias.

Latini.

Latini.

Asinius Pollio. M. Tullius. Cælius. Quintilianus. Messala: Sex. Sulpitius præter nostrates.

Qui de texenda Epistola.

Libanius Sophista. Ludouicus Viues. Rochus Perusinus:

Græci, quorum extant Epistolæ.

Aelianns.
Aeneas Aeschines.
Alexander.
Anacarsis.
Aristoteles.
Alciphron.
Amasis.
Basilius.
Crates.
Chion Platonicus.
Dionysius.
Democritus.
Demosthenes.
Diogenes.
Euripides,
Heraclytus.
Hypocrates.
Isocrates.
Iulianus Imperator.
Libanius.
Lysis.
Lucianus.
Melissa.
Mya.
Musonius.
Phalaris.
Plato.
Philippus.
Philostratus.
Procopius.
Synesius.
Theano.
Theophilactus.

Latini.

Cicero. Plinius. Seneca. Q. Curtius.

Qui de texenda Historia.

Dionysius Halicarnasæus.
Franciscus Patritius.
Franciscus Balduinus.
Franciscus Robertellus.
Io: Antonius Viperanus.
Io: Iouianus Pontanus.
Lambinus.
Lucianus.
Sebastianus Foxius.
Vbertus Folietta.

Græci Historici.

Appianus Alexandrinus. post Chr. 140
Callisthenes Alexandri familiaris.
Ctesias Gnidius. ante Chr. 375.
Diodorus Siculus.
Dio Cassius Nicæus.
Herodotus Halicarn. ante Chr. 440.

Hege-

Hegesippus.
Nicephorus Gregoras.
Nicetas Coniantes.
Plutarcus. post Chr. 120.
Polybius. post Christ. 40.
Theopompus.
Thucidides. ante Christ. 330.
Zenophontes. ante Christ. 310.

Græcorum, Latinorum, & cæterarum Gentium scripserunt Historias; latinè.

Abbas Vspergensis. ab or.con.ad 1229
Ado Viennenensis. ab or. con. ad 900.
Anna Alexiados.
S. Antoninus, Floren. Archiepiscop. ab o. c. ad 1470.
Anton August. de Famil. Rom.
Aelius Spartianus.
Aegidius Zamorensis.
Aelius Lampridius.
Aemilius Probus.
Ammianus Marcellinus.
Alphonsus Episcopus Carthaginis.
Ablartius Iornandus.
Agathius.
Ambrosius Morales.
Alphonsus à Carthagena Episc. Burgens.
Aluarus Gomesius.
Appianus Alexandrinus.
Adrianus Barlandus.
Annonius, siue Aimolnus.
Antonius Posseuinus.
Antonius Bonfinius.
Alphonsus Ciacconus.
Albertus Crantius.
Agatius Smyrnæus.
Aurelius Cassiodorus.
Aphricanæ Historiæ delibatio.
Andreas Cambinus.
Arrianus Nicomediensis.
Aloysius Cadamustus.
Albertus Vesputius.
Americus Vesputius.
Andreas Theuetus.
Augustinus de Zarate.
Beda Anglus. vsque ad an. Chr. 700.
Berosus, seu Annius Viterbien.
Blondus Flauius Foroliuien.
Bocheus, Biblia Sacra.
Beissellus.
Bernardus Mollerus.
Benedictus Accoltus.
Bituricensis, siue Berris.
Caius Iulius Cæsar.
Cornelius Tacitus.
Carolus Sigonius.
Carolus Verardus.
Christophorus Scobar.
Christophorus Richerius.
Chronica Polonorum.
Chronica Peruensia.
Donatus Bossius.
Diodorus Siculus.
Dominicus Sansouinus. Italic.
Eusebius.
Egnatius.
Eutropius.
Elius Antonius Nebrissensis.
Emundus.
Engueranus Monstrelletius.
Erasmus Stella Borussia.
Eneas Syluius, qui Pius Secundus.
Fuluius Blondus.
Flauius Vopiscus.
Fl. Iosephus Iudæus.
Flauius Vrsinus, de Famil. Rom.
Florianus Ocampus.
Franciscus Tarapha.
Frossardus.
Ferdinandus Columbus.
Franciscus Lopez.
Franciscus Aluaresius.
Georgius Gemistius.
Gilbertus Genebrardus. Chronogr.
Gennadius.
Gulfidas.
Gulielmus Paradinus.
Guagninus,
Gregorius Turonensis.
Galeatius Capella.
Gerardus Nouiomagus. Batauica.
Gildas Britannus.

Geor-

Georgius Lilius.
Galfridus Monemutensis.
Galfridus Arturus.
Gulielmus Tyrus Archiepisc. de bel. Sac.
Helmandus vsque ad Chr. 1066.
Hermanus Contractus, vsque ad ann. 1067.
Honorius Augustodunen. ad an. 1120.
Honofrius Panuinus.
Hieronymus Zurita.
Hunbaldus.
Hubertus Leonardus.
Hermanus Comes.
Herbestanus Moscouia.
Helmoldus Presbyter.
Hector Betius.
Hermanus Dalmata.
Hieronymus Osorius.
Iulius Cæsar.
Iustinus.
Io: Nauclerus.
Io: Villanus.
Io: Tarcapnota.
Io: Abbas Vularensis.
Io: Bracellus.
Io: Rihuergensis.
Io: Tibius.
Io: Ferronius.
Io: Tritemius.
Io: Turotius.
Io: Episcopus Olomucensis.
Io: Dumbrauius.
Io: de Barros.
Isidorus Hispalen. Episcopus.
Iulianus Pomerius.
Iulianus Diaconus.
Iustus Lipsius.
Isidorus Minor. Episcop. Badiocen.
Io: Gerunden. Episcopus.
Io: Vasæus.
Idacius.
Iornandus Episcopus Gothorum.
Iosephus a Costa.
Iosephus Indus.
Lucanus Florus.
Lucas Tuitien Episcopus.
Lucius Marinæus.
Laurentius Valla.
Ludouicus Dulcis, Vita Caroli Quinti.
Leopoldus Bambergensis Episcopus.
Leonardus Aretinus.
Leo Afer.
Leonicus Calchondila.
Ludouicus Romanus.
Messala Coruinus.
Marianus Fuldensis. Scotus ad ann. 1088.
M. Antonius Coccius Sabellicus, ad an. 1490.
Matthæus Villanus.
Maria Siculus.
Michael Ricius.
Marius Aretius.
Meierus.
Martinus Cromerus.
Melchior Soiterus.
Martinus Barletius.
Niceta Acominatus Choniata.
Nicolaus Gilius.
Nicolaus Triuestus.
Nicolaus Villagagnus.
Otho Frisingensis.
Ordo, & successio quatuor Monarch.
Olaus Magnus Gothus, Archiepisc. Vxal.
Pausanias.
Procopius.
Pelagius Oueten. Episcop.
Phreculphus Epitome.
Philippus Bergomensis.
Pius Secundus Commentaria suorum temporum.
Paulus Manutius Fastus Rom.
Petrus Angelus Bargæus.
Pomponius Lætus.
Poggius Florentinus.
Paulus Diaconus.
Prosper.
Pelagius Oueten. Episcopus.
Paulus Iouius.
Petrus Messias.
Petrus Methimma.
Petrus Antonius.
Paulus Emilius Veronensis.
Philippus Cominæus.
Petrus Mandanus.
Petrus Ricius.
Philippus Calimacus.
Ponticus Vitruuius.
Polidorus Virgilius.
Petrus Aloysius.
Petrus Maffæius,

Quintus

Quintus Curtius.
Rodericus Zimenius, Archiep. Tolet.
Rodericus Palentinus.
Rodericus Sanctius.
Rupertus de Gall. gest. aduers. Sarac.
Reinoldus Eidensternius.
Richardus Bartolinus Austriacus.
Rupertus Monacus.
Sextus Ruffus.
Suetonius Tranquillus.
Synopsis omnium ætatum Mundi.
Sigebertus Gallus. Chron.
Symphonia Iuris Chronolog. Ioan. Vvolfangi.
Sextus Aurelius Victor.
Sebastianus Salmanticæ designatus.
Stephanus de Garibay.
Staphilus.
Stephanus Perlinus.
Sidonius Apollinaris.
Saxo Grammaticus.
Trogus Pompæus.
Titus Liuius.
Trebellius Pollio.
Vincentius Beluacensis.
Volcatius Gallicanus.
Vvlloa.
Victor Episcopus Tolet.
Zonara. Histor. Tripart. vsque ad 1127.
Zaphirus Asturicensis.
Zamallon Cantaber Nauarrus.

Historici Ciuitatum.

Agnellus, Pisæ.
Alemannus Finus, Crema.
Andreas Daudalus, Patau.
Andreas Fabafusca, Pat. Fam.
Antonius Cauitellus, Cremona.
Antonius Gallus, Geuua.
Augustin. Iustinian. Ep. Neb. Genua.
Bartholomæus Fatius, Neapol.
Bartholomæus Senarega, Genua.
Benedictus Falcus, Neapol.
Benuenutus de S. Georgio, Mons Ferr.
Bernardinus Cyrillus, Aquila.
Bernardinus Corius, Mediol.
Bossius, Mediol.
Capharus, Genua.
Carolus Sigonius, Bonon.
F. Christophorus Cyprius, Genua.
Cirinus, Tripoliu.
Donatus Ianottus, Venetiæ.
Farellus, Sicilia.
Ferrandus Laffredus, Puteoli.
Franciscus Bellafilij, Bergom.
Fabrinus Mariotellus, Perusia.
Gaspar Seruus, Ferraria.
Georgius Mernla, Vicecomit.
Georgius Stella, Genua.
Germanus Andebertus, Venetiæ.
Gabriel Vencarius, Venetiæ.
Gulielmus de Podio, Ferrar.
Gulielmus Caorsim, Rhodium.
Gulielmus Cortusius, Patau.
Helias Capreolus, Brixia.
Hieronymus Rubeus, Rauen.
Humbertus Locatus, Placen.
Iacobus Bracellius, Genua.
Iacobus Nardus, Florent.
Iacobus Poggius, Floren.
Iac. Comes Pudiliar. Venet.
Iac. de Voragine, Genua.
Ianus Byrrhi Pincij, Trident.
Io: Baptista Burdegallus, Cremon.
Io: Baptista Egnatius, Venet.
Io: Baptista Platina, Mantua.
Io: Iouius Pontanus, Neapol.
Io: Baptista Pigna, Ferrar.
Io: Porcarius, Nouocom.
Io: Stella, Genua.
Io: Garzouius, Bonon.
Io: & Matthæus Villan. Floren.
Iosephus Betussius, Cataium.
Iulius Barbaranus, Vicentia.
Iulius Faroldus, Venet.
Iustus Lipsius, Louan.
F. Laurentius, Vercell.
F. Leander Albertus, Bonon.
Leonardus Florent. Florentia.
Leonardus Giensis, Constantinopol.
Ludouicus Contarenus, Roma.
Ludouicus Miquellus, Aurel. obsid.
M. Antonius Sabellius, Venet.

Marcus Aequicola, Mantua.
Miletus, Pistoria.
Mainardus Episcopus, Imola.
Pandulfus Colennutins, Neapol.
Paulus Perusinus, Genua.
Parthenopæus, Genua.
Paulus Interianus, Genua.
Petrus Bembus, Venet.
Petrus Bizarus, Genua.
Petrus Boninsegnius, Floren.
Petrus Iustinianus, Venet.
Petrus Marcellus, Venet.
Petrus Quinqueranus, Prouincia.
Philibertus Pingonius, Augusta Taurinorum.
Pius Secundus, Senæ.
Pompeius Pellinus, Perusia.
Pyrrhus Ligorinus, Roma.
Renatus Serauallinus, & Milites Pistoria.
Sarcina Veaona, Senæ.
Abbas Tritemius, Bataui.
Vbertus Folietta, Genua.
Vgolinus Verinus, Floren.
Zamaldonus, Patau.
Zenobius Acciaiolus, Neapol.
Georgius Bruin Agrippinensis, Theatrum Ciuitatum.
Alemannus Bracchius, Neapol.

Qui Vitas scripserunt.

Aelium Lampridius, Vitæ Cæs. V.
Ammianus Marcellinus, Vitæ Cæs. V.
Arrianus, Vita Alexandri Magni.
Acciaiolus, Vita Caroli Magni.
Baptista Platina, Vitæ Pontif.
Baptista Egnatius, Vitæ.
Campanns, Vita Brachij.
Cappellus, Vita Andreæ Auriæ.
Dion Niceus, Vitæ Cæsarum.
Diogenes Laert. Vitæ Philosoph.
Elius Spartianus, Vitæ Cæsarum.
Eusebius, Vitæ Cæsarum Trium.
Eutropius Epitom. Princ. Rom.
Eguinardus, Vita Caroli Magni.
Franciscus Petrarca, de Viris Illustr.
Gaspar Vrsinus Vitæ, &c.
Io: Boccacius, de Fęminis Illustr. & casibus.
Io: Ferronius Stemmata Famil.
Iulius Capitolinus, Vitæ Cæs. 3.
Io: Bracellius, Vitæ Clarorum Genuen.
Io: Guspinianus, Vitæ Cæsarum.
Iulianus Gosellinus, Vita Ferdinan. Gonzagæ.
Lucas Coutilis, Vita Cæs. Neapol.
Marcus Aurelius, Vita sua.
Michael Ricius, Vitæ Regum.
Paulus Aemilius, Vitæ Regum Gallorum.
Paulus Iouius Elogia.
Philo, Vita Mosis.
Petrus Bembus, Vitæ Guid. V. & Bart. Col.
Raphael Volaterran. De Claris Vir.
Staphilus, Gesta Carol. V.
Suetonius Tranquillus, Vitæ Cæs.
Sextus Aurelius, Vitæ Cæsarum,
Simonetta, Vita Francisci Primi Duc. Mediol.
Sigonius, Vita Andreæ Auriæ.
Tigrinus, Vita Castrutij.
Turpinus, Vita Caroli Magni.
Trebellius Pollio, Vitæ Tyrann. 30.
Vbertus Folietta, Elogia.
Xenophon. De dictis, & Fact. Socr.

POESIS

POESIS.



VMERVS ſi in dictione, adeò certis legibus ſit coarctatus, vt ab eo non liceat, vel ſyllabam amouere, Poeſis fit. qua appellatione, græca vox, factionem dicit. quoniam facere, ſeu fingere Poetas decet. ſeu numerum ſpectes in verbis, ſeu veritatem in rebus. Et hanc pangendi Carmina, & mentis conceptus conſtruendi virtutem, cęteris omnibus humanis artibus præſtare diuino munere, credimus facilè omnes, quod ea vna præ cęteris animum nutriat, foueat ingenium, amicitias cōparet, atque honeſtet. Plato in Timæo à Rhetorica prognatam agnoſcit. Cicero in Oratore, ſororem Rhetorices dicit. Tria ambo exprimunt, Actionem, Rationem, Orationem. Muſis Poeſis tribuitur, quod muſicis rationibus, & cęleſti vi conſtare credatur. Eius nos Elementa dicimus.

Carmen, Fabulam, Metaphoram, Similitudinem.

Carmen primū eſt Elementum. Licet enim ſint, qui putent Poetas merito dici etiā eos, qui fabulas benè cōmenti; eas non tamen exprimunt Metro, ſed ſoluta Oratione. cum verò Carmen ſit forma Poeticæ locutionis, & ipſa ſoluta Oratio æque, ac Carmen animam nō afficiat, nec niſi Carmen ipſum, dictum ſit Cœlo diducere Lunam, nulla profectò eſt extra Carmen Poeſis. At ſicut Harmoniæ in Muſicis non eſt vna forma; ita nec in voce vna, ſed multiplex, pro rerum quas exprimit varietate. at decem præſtantiora Carminum genera eſſe, vetuſtiſſima de Apolline inter Muſas nouem reſidente opinio, docet. Horum aliqua à pede denominante deducunt nomen, vt Iambicum, Trochaicum, Anapeſtum. Aliqua à pedum numero, vt Monometrum, Diametrum, Trimetrum. Aliqua ab Inuentore, vt Saphicum, Pindaricum. aliqua ab Inſtrumento, cui aptabantur, vt Lyricum. Aliqua à materia, vt Pythium; Georgicum; Heroicum. quod vnum Exametrum eſt tanquam perfectum. Carmen.

Sex enim inter numeros vidimus perfectum esse. ideò hoc vno Heroum facta canuntur: Exametro attexunt Pentametrum Elegi, tanquam à perfecta Harmonia numero decidentes in fletum. Breuiores elegis Epigrammata. Solo Exametro, & Pentametro, Disticon dicitur, tanquam ex duobus imago. Liricorum plurimæ formæ. Horatius inter Latinos assequutus, Pindari laudem, vsus est formis vnde viginti. Tragici, & Comici Iambicis plurimum tribuentes, suspicionem fecerunt aliquibus, an lex eos teneret. Heroicum verò Carmen vnum Diapason musicum, refert, duodecim ad minus constans, tanquam ad temporis mensuram vncijs, seu longis syllabis. in quinta enim sede duæ breues, vni æquiualent longæ.

Pedes verò Carminis mensuræ, Exametro deseruientes, duo. Spondæus, & Datylus. Spondeus, solis duabus longis; Dactilus duabus breuibus, quas longa præcedat. Optimæ scilicet omnium mensuræ, & aptissimæ Duplaris, & Emiolia. Cæteræ his minus præstantes, minus etiam præstantia perficiunt Carminum genera. E syllabis enim ad minus duabus consurgit pes, sicut pulsus in Musica: ad summum sex. Ex duabus quatuor; Pyrrhichius, Iambus, Trochæus, Spondeus. Ex tribus octo, Tribracus, Anapestus, Dactylus, Bacchius, Palimbacchius, Amphimacrus, Amphitracus, Trimacrus. Seu Molossus, & Creticus. Ex quatuor numerantur sexdecim. Ex quinque duo, & triginta, ex sex quatuor, & sexaginta. Ex vario breuium loco, sicut varia semibreui sede in Musicis, variæ fiunt constitutiones. vt omnes, proportionem retineant, aut æqualitatis, aut duplam, aut sescuplam. æqualitatis habent Pyrrhichius, ex duabus breuibus. Spondęus, ex duabus longis. Dactylus, ex prima longa duabus breuibus; Anapestus ex duabus breuibus, & vna longa. Duplum habet Iambus, ex breui, & longa. Trochęus ex longa, & breui. Ionicus ex duabus longis, & quatuor breuibus. Sescuplam habent omnes Pęanes syllabis quinque duo ad tria. Est præterea proportio triplex in Amphibraco item ex quinque; in Epitrite ex septem,

ptem; in super bi partiente ex octo. & cætera plura, quæ tanquam composita, ad terna, de mente Aristotelis, & Ciceronis redigi, certum est.

Hanc verò tanquam nimiam circa syllabas religionem, nostrates recentioris linguæ, vel quod sponte neglexerint, vel quod naturæ impulsu amiserint, non agnoscunt. Itali enim, Galli, Hispani, Alemanni satis habemus pro Heroicis Carminibus, si in vnum vndecim syllabæ compingantur, vix aliquando duodecim. naturæ enim ductu docemur hoc ipso vndecim syllabarum sono, Harmoniam Commate deficere à sex Tonis, quod in Musicis dicebamus. Sumpta syllaba, tanquam Semitono. Sed hæc satis in his. cum enim numerorum nullus sit numerus; mensurarum nulla mensura est.

Et Fabulā dicimus,tanquā veritatis imitationē; quia possit animus oblectari,nec ferè oblectatur animus,nisi admiretur,nec admiratur,nisi præclarū.præclara igitur sint oportet quęcūque Poeta per se cōminiscitur. at nihil præclarum extra virtutem, virtutem igitur sectari, atque imitari Poetam decet. at præstantissima omnium virtus in moribus posita est;ideò cum plurima Poematum genera sint,ea tantū cęteris præstant,quæ bonos mores melius,seu aptius imitantur. Huiusmodi à Græcis habentur Epopæia, atque Drāmatica. Epopęia virtutem perfectam, Drāmatica imperfectam exprimit. Sed Epopęia auribus, Drāmatica oculis etiam spectandam proponit. Epopęia vnius Herois actiones plures, Drammatica, plurium Heroum, aut popularium, actionem vnam. vnius diei spatio finitam. Epopęia. vnius saltem anni, aut duorum, aut trium: quod in Homeri, & Virgilij præsertim Poesi est obseruatum, ne nimis legentium memoria obruatur; aut breuitas diu oblectari non sinat. In Epopęia quandoquè in Dramatica nunquam,Poetæ loquendi locus. δράμμα enim est nobis actus. ijdem enim agentes in Scena, spectante populo loquuntur, quæ agunt. In Epopęia non hominum, sed verborum est vsus. Cumque Epopęia extra Scenam longioris temporis imitatione,longiorem Fabulam texat; Fabula.

texat; ne tædeat longitudinis eos, qui legunt, Episodijs extra rem aptatis falluntur animi, & eo oblectantur magis, quo se magis fictis tanquam veris decipi sentiunt. Drammaticæ, Episodij parcissimus vsus.

At verò Drammatica duplex est, sicut hominum duplex genus. aliqui enim dominantur, aliqui seruiunt. & amborum non vna est virtus. qui vi cæteris præstant, nisi etiam præstent virtute, nihili habentur. Sunt virtutes etiam, quas tenuioris fortunæ homines non possint assequi. Principum igitur actiones, Drammatica, quæ exprimit Tragedia, Popularium Comædia dicuntur. Et breui comparando, quæ à pluribus de vtraque dicuntur, ita angustamus.

	Imitantur	
Tragędia.		Comædia.
Heroicam virtutem.		Moralem virtutem.
Iustitia, & Fortitudine.		Prudentia, & Temperantia.
	ad	
Honestatem, & Gloriam.		Vtilitatem, & Voluptatem.
	Inter	
Dolores,		Lætitias.
Mætus.		Spes.
Odia.		Amores.
Direptiones.		Nuptias.
Fletus.		Risus.
Mortem.		Vitam.
Fortunę ductu.		Casus, ductu.

Rationibus per sententias. Rationibus per prouerbia deductis. Spectanda Tragędia Plebi, Comædia Principi, vt vtrumque vicissim alterutræ fortunæ tædeat, pudeatquè. Licet ex Veteribus aliqui, has leges inuerterint, aliquando. Nec solas actiones Poeta imitatur, quandoque etiam solos affectus, ac mentis conceptiones, numero verborum exceptos. quod fit Elegis, ac Lyricis omnibus.

Metaph. Metaphora, erat tertium Poetices Elemētum. Licet enim ea ipsa etiam Oratores, quin etiam omnes, qui loquuntur naturæ ductu aliquando vtantur, Poetæ tamen suo iure,

hinc

hinc ſibi laudem parant. Poſſunt enim cæteri, qui loquuntur in multis carere Metaphoræ vſu, Poeta non poteſt. quin etiam ei vni longè petitis vti, laudi, quod cæteris dedecori, eſt. Ex Analogia conſurgit Metaphora. in vna igitur voce cum duo appræhendamus, fit vt Poetæ, quã oblectandæ mentis artem profitentur, nullo modo aſſequi ſine Metaphoræ vſu poſſint.

Similitudo erat quartum Poetices Elementum. Differt à Metaphora Similitudo, quod illa comparationem claudat, hæc aperiat. eo quod quę vna tãtum voce includit Metaphora, Similitudo pluribus aperit. oblectandos igitur animos, vna plurimum, non minimum erudit. Et hucuſque Ratione vndique inueſtigata, tanquam menſura, & diſcendi inſtrumento: reliquum eſt, vt res ipſas, circa quas ratione apprime vti expedit, noſtra ipſa breuitate ſcrutemur. Similit.

Qui de Arte Poetica Græci egerunt.

Ariſtoteles. Plato. Plutarcus.

Latini.

Acro.
Andreas Tiraquellus.
Alexander Piccolomineus.
Bartholomæus Lombardus, in Ariſt.
Franciſcus Patritius.
Gaufredus Noua Poetica.
Gryfolus.
Hieronymus Vida,
Horatius Flaccus.
Io: Amanto.
Iulianus Aurelius.
Iaſon Nores,
Iulius Cæſar Scaliger.
Lilius Gregorius Giraldus.
Ludouicus Caſteluetrius, qui ſit expurgatus.
Marantha.
Micillus.
Minturnus.
M. Antonius Muretus.
Pontanus.
Parthenius.
Paulus Benius Hetruſc. Collatio duorum poetarum.
Parrhaſius.
Porphyrius.
Thomas Treterus.
Torquatus Taſſus Hetruſc.

Poetæ, qui extant Græci.

Ariſtophanes.
Aeſchilus.
Callimacus.
Euripides.
Heſiodus.
Homerus,

Linus

Linus.
Musæus.
Pindarus.
Phocilides.
Sophocles.
Sinesius.
Theocritus.

Aliquot ex Latinis plurimis.


Actius Sinc. Sannazarius.
Alcimus, de Origine Mundi.
Ambrosius Hymni.
Andreas Frusius Epigrammata.
Andreas Nauagerius.
Antonius Geraldinus, Bucolica Sacra.
Ant. Querengus. in Pythag. Vers.
Antonius Cerrutus.
Apollinaris, in Psalm.
Attilius Seuerus.
Aulus Persius Satiræ.
Aurelius Prudentius.
Aurelius Vrsus.
Ausonius Gallus.
Arator Cardin Histor. Apostol.
Basilius Zancus.
Beda, Hymni.
Benedictus Ariamontanus.
Benedictus Lampridius.
Boetius. in de Consol. Phil.
Cælius Sedulius.
Catullus.
Claudianus.
Cyprianus, Genesis.
Damasus.
Darethes Phrygius.
Dionysius Alexandrinus.
Deacontius.
Ennius Fragmenta.
Eudocia Theodosij, vxor Cent.
Eulalius Episcopus.
Federicus Iamotius, Hymni.
Franciscus Rencius.
Gabriel Alciluis.
Georgius Pisita, Exameron.
Gudelbertus, Vetus Testamen.
Gratius, de Venatione.
Gregorius Nazianzenus.
Gualterus Gallus.
Guidus Margherita Biblica.
Guntherus Germanus.
Hadrianus Cardin. Venat.
Hieronymus Badesius.
Hieron. Fracastorius.
Hieronym. Vida.
Hilarius Pittauien. Genes.
Hyppolitus Capilupus.
Homero Centra.
Horatius Flaccus.
Iacobus Pontanus.
Iacobus Zouitius.
Ianus Pannonius.
Io: Aurelius Augurellus, Chrysopæia
Io: Baptista Giraldus.
Io: Baptista Laurus.
Io: Baptista Pigna.
Io: Cotta.
Iouianus Pontanus.
Iulius Capilupus.
Lactantius Firmianus, de Passione Domini.
Laurentius Frizolius.
Laurentius Gambara.
Lazarus Bonamicus.
Lælius Capilupus.
Lauinius Torrentius.
Macharius Mutius.
Marbodæus Gallus.
M. Antonius Flaminius.
M. Anton. Muretus.
M. Aurelius Olimpius Nemesianus.
Marcus Monacus Benedictinus.
Marcus Probus Sulmonensis.
Marius Victor.
Marius Molsa.
Martoranus Comæd.
Marcus Valerius.
Martialis.
Methodius.
Milo Gallus.
Michael Coissardus.
Michael Verinus.
Mutius Sfortia.
Onnus Panopolitus.
Octauius Mirandula.

Orphæus

Orphæus Argonautica.
Paulus Diaconus, Hymni.
Paulinus.
Petrus Angelus Bargæus.
Petrus Apollonius Collatius.
Petrus Bembus.
Petrus Mailardus.
Petrus Rigensis.
Propertius.
Papinius.
Proba Falconia Cento.
Prosper Episcopus Rheginus.
Prosper Martinengus.
Prudentius.
Q. Serenus, de Medicina.
Rabanus, de Temporibus.
Rosoita Sanctimonialis.
Sedulius.
Seneca Tragæd.
Septimius Opuscula.
Sidonius Apollinaris.
Syluius Italicus.
Simposius Enig.
Theodorus.
Theodulphus, Hymni.
Timotheus Gazeus.
Tiphernus.
Titus Calphurnius Siculus, Bucol.
C. Valer. Flaccus Argonaut.
Venantius Fortunatus.
Victorinus.

Poetæ Itali, seu Hetrusci recentiores.

Aloysius Tansillus.
Amerigus.
Actius Sincerus Sannazarus.
Arnaldus Daniellus Prouincialis.
Bernardus Tassus.
Brunettus Dantis Præceptor.
Bonaiuncta Lucensis.
Cinus Pistoriensis.
Cæsar Caporalis.
Dantes Aligerius.
Franciscus Coppetta.
Franciscus Petrarca.
Guit o Aretinus.
Ioannes Casius.
Ludouicus Ariostus.
Torquatus Tassus.



DE NATVRA VNIVERSI, ſiue de Rerum Principijs, Cauſſis, & Elementis.



VANDOQVIDEM (prædiximus) quæ ſit in lineis, numeris, coloribus, ſonis, quin etiã in mente Ratio, qua diſcimus, ac docemus, videmur ſat habuiſſe, ni fallimur, hucuſq. compertũ; vt verum inueſtigantes, quando repererimus, in magnitudine, primo pulchritudinis monitu, certo ſciamus nos reperiſſe; reliquum eſt, vt ab accidentibus ad ſubſtantias delati, primo loco, ipſam vniuerſam rerum Naturam, in cuius inueſtigatione Philoſophia penè tota eſt, veterum Philoſophorũ monitis indicatã, ſpectemus. in curſu tamen; id quod nobis à principio propoſitũ fuit; ne mole in mora opprimamur.

Erit igitur in poſterum primo de Naturæ in vniuerſum finitione; de Natura conſtantium Principijs, omnium primis; de Loco, Tempore, Motu, Quiete, quorum intellectu Naturæ Intellectus aut ſtat, aut certè ſtare videtur, ſermo. De elementari, diſcrepante à cęleſti, Subſtantia; De Cęli vi. De compoſitione Elementorum. Deinde de mixtis imperfectis, perfectis. Imperfectis vita carentibus, Perfectis, vita præditis; ac præſertim de vita omnium in ſublunaribus pręſtantiſſima, Hominis: duplici in ciuili conſuetudine: corporis; animæ. De corporis curandi ſcientia; ſcientia curandæ animæ; Medicina, Iuriſprudentia: fouendæ pacis, aut tutandæ, Re militari. Tandem de Diuinis agemus. vt à ſecundis Cauſis per ſe imperfectis, ad Primam perfectam, prorſus perfectus appareat nexus.

Vniuer. Sumpto igitur, (dicebamus) tanquam Vniuerſali, Vniuerſo, quod Aethere, atque Elementis Naturam finit; cum Aether ab ipſo ſenſu plurimum diſtet, per Elementa primum conſtat vagari cognitionem, quod hæc appareant

facilè misceri, ac permutari. Naturam verò finire, quantùm licet, expedit primo. Thales Milesius ad Aegyptios discendi causa peregrinatus, & inde reuersus, inter septem Sapientes habitus; vnum, & idem dixit Naturam, & Vniuersum; intra quod præter Deum omnia teneantur. Zeno, ex Cicerone, Naturam ignem artificiosum ad gignendum progredientem viam vocauit. Alij eam vim sine ratione scientem, dixerunt. Alij contra vim rationis, atque ordinis participem solertissimam. Aristoteles, cui præ cæteris Philosophis adhærendum plurimi putant, eam dixit principium motus, atq. quietis, in eo, in quo est, per se primo, & non per accidens. At cum ab omnibus tanquam principium notissimum Naturæ nomen sumatur; finiri profectò prioribus, ac notioribus nullis potest. Dicamus igitur Naturam rerum omnium complexionem, principium extra Deum, Caussam, & Elementum; Dei ipsius imaginem, ac ministram: Loci, Temporis, Motus, Principium, & Finem; quodammodo finitum, quodammodo etiam infinitum. vt Natura sit aliquo modo, Compositionis Forma, ac Diuisionis; vbique, & nullibi tota. In tres eam tanquam partes, cognitionis gratia, secuit Aristoteles, Materiam, Formam, & Priuationem. Cum enim, sit motus principium duplex, trahens, & pellens; perfectum, atque imperfectum; priuatio intercedat, oportet, qua quod minus est feratur in id, quod magis. & quodammodo contraria misceantur, æquatis proportionibus. Materia tanquam imperfectum, Forma tanquam perfectum, & perficiens principium, ponuntur. Cumque ratione priuationis imperfectum dicatur; in principiorum numero, priuationi videtur merito locus. Eius in animalium propagatione apparet tanquam imago. marem enim, & fœminam tanquam magis, & minus perfectum, ratione appetitus deficientis boni, conuenire ad generationem necesse est, quod indicat Materiam, & Formam ratione Priuationis in contrarium agentis, moueri. Contrariam verò habet Priuationem Forma; tanquam quod est, quod non est. vt perficiatur, quod partim est, partim non est;

Naturæ Princip. Materia. Forma. Priuatio

Materia ſcilicet, quæ non actu eſt, per ſe, ſed ſola potentia. quod ſola Forma per ſe actus, & actu ſit. Tale quid indicant in Geometria, Punctum, Linea, Superficies. In Arithmetica Vnum, Duo, Tria, & in reliquis reliqua, quæ eamdem retinent rationem. Sicut enim Punctum Principium dicimus lineæ, non lineam; vnitatem principium numeri, non numerum; ita priuationem nihil, niſi cauſam, vt quæ non ſunt, ſint. Duo, primus numerus Materiam per ſe imperfectam demonſtrat; ideò enim eum Pythagoras, tanquam quid imperfectum, fœminam dixit, ideò etiam dicitur potentia tantum, non actu conſiſtere, quod actu conſiſtere, ſit formæ proprium. quam ideò ternarium in numeris tanquam mas, & perfectum indicat; imperfectæ priuationi contrarium. cum materiæ inter vtrũque mediæ, nihil contrarium ſit, Duo, inter Vnum & Tria: Id tanquam nihil, hoc tanquam totum, vt quodammodo tria, quodammodo etiam duo principia ſint; ſed inæqualia, hoc actiuum, idque paſſiuum. ita vidimus ex rectis lineis tribus figuram conſtare primam, cuius tres ipſi anguli, duobus tantum rectis æquales ſint. ita in Muſicis Diapaſon conſonantiam; duabus inæqualibus proportionibus Diapente, & Diateſſaron. à Diapente deficiente Diateſſaron, Tono. Dieſi à Semitono, Commate.

Potentia igitur, atque actu conſtat vniuerſa Natura. Et motus à potentia ad actum, ipſe ad Naturam, eſt via. Magis verò Natura eſt, quod actu eſt, quam quod potentia. ideòquè nõ ens per accidens Materia dicitur: cum Priuatio
Phyſ.2.t.81. vna per ſe, ſit non ens; & ideò quodammodo Forma; & Forma Finis. vt quæ tria ſunt etiam quatuor poſſint Principia
Cauſæ. dici: eademquè Principia, & Cauſæ. Cum Principium
Gen.l.1.t.53. ex Ariſtotele idem quod ipſa prima Cauſa ſit. Licet diuerſa vtriuſque ſit ratio. cum ratione quietis, & materiæ Principium, ratione motus, & formæ dicatur Cauſa. Materiam
Materia. igitur primam, omni motui, tanquam vndique per ſe imperfectam proſtare, & ex eius complexione, formam in omnes formas mutari, pro ipſiuſmet materiæ appetitu, vt

actiui virtute actu sit, quod sola per se est potentia, facile videri potest. Hisquè sic definitis, apparet nec ex alijs, nec ex alterutris Principia esse; cū ipsa per se Principia sint, & contraria. Qui vnum in Natura ponunt Principium, motum destruunt; qui plura, plures ponant contrarietates oportet; quarum sit media ipsa Natura. at plures facete in Principijs contrarietates, ociosum, Aristoteli subscribentes, putamus.

Finita ad hunc modum Natura, apparet ratione motus (quod dicebamus) non solum Locum, & Tempus, sed cætera etiam, quæ posuimus discendi, ac docendi Principia, Substantiam, Quantitatem, Qualitatem, Relationem, Materiam, Formam, Efficientem, Finem; ad eius cognitionem spectare. quod hæc, aut Natura primo, aut cum primis constare videantur. Tria tamen, Locus, Tempus, & Motus præcipua sunt, ex quibus quid sit Natura, conijcimus; rationibus Geometricis, Arithmeticis, atque Harmonicis. Geometricis in Loco, Arithmeticis in Tempore, Harmonicis in ipso Motu; diuersa ratione Substātiæ, Quantitatis, & Qualitatis. in ipsis etiam Loco, & Tempore, dum spectatur, an detur Natura infinitus Motus. an nusquam ratione Loci, an nunquam ratione Temporis. seu an Vacuum in Loco, an Semper in Tempore; actu, vel potestate. an Locus Loco opponatur, an Tempus Tempori, an Motus Motui, & his ferè cognitis cognitam Naturam ipsam putamus; eandemquè ignoratam, his ignoratis. Locum verò primo innotescere, à principio diximus; tanquam omnium, quæ tactu percipi possunt, seu continentis corporis terminum. cui vacuum sit contrarium, non actu, cum actu in Natura non detur, sed tantum potentia, & cognitionis ratione. ita quid simul, & separatim, sint: quid tangere, & tangi; quid continuum, & contiguum; quid inter, ante, retro, patent. ea ipsa, quæ à Geometris primo tanquam nota sumuntur. licet etiam Metaphysica censeantur. Ita etiam apparet primo cum Loco Tempus ipsum innotescere, tanquam Motus mensuram, seu numerum, & Motum non nisi mensu-

Locus.

Tempus.
Motus.

menſuram Temporis eſſe, vtrunque actu finitum, ſed actu informi, & tanquam ipſi Materiæ, per quam ſimili; poteſtate infinitum. & finitionem Temporis non explere menſuram Motus, niſi addatur, Secundum prius, atque poſterius.
Phyſ.l.4. t. 102. inter enim prius, atque poſterius, tenetur Nunc, Tempus exprimens; tanquam linea inter duo puncta, numeri nomine, ſed numerati, non numerantis. vt ſicut ad lineam punctum; ad numerum vnitas, ita Nunc ad Tempus, ſe habeat. & eius ratione, Aliquando, Nuper, Quondam, Repente, & huiuſmodi dici apparet. idemquè longũ, & breue; multũ, & paucum: non tardum, & velox; quod motui competit, cor-
Motus Corrupt. Princip. ruptionis potius, quam generationis principio. cum Motus expellat quod ineſt; & ea, quæ ſemper ſunt, quatenus ſemper ſunt, non ſint in Tempore: quod tanquam ad ipſum nõ
Tempus. Motus. pertinentia, eo nec menſurentur, nec corrumpantur. Tempus igitur Motu, Motus Tempore innoteſcit; & prius, ac poſterius vtrunque magis, & minus dicitur; prout magis, aut minus, ab ipſo Nunc diſtat. non tamen ſunt idem, cum Tempus vnum ſit, Motus ſint plures: & Motus Motui opponatur, non Tempus Tempori. Vnum verò, & non vnum; continuum, & non continuum, dicitur Tempus; ratione
Phyſ. 5. t. 43. vnius, aut non vnius, continui, ac non continui Motus. cum ſoleat vnus dici, qui vnius mobilis, vno, & eodem Loco, & Tempore ſit. idemque regularis, ſi eadem ei ſit tarditas, ac velocitas. ſi nõ eadem irregularis. Contrarius etiam motus dicitur Motui, vel ratione Loci, vt ſurſum, & deorſum; vel ratione Subſtantiæ, vt Generatio, & Corruptio; vel Quantitatis, vt auctio, & diminutio. Ex non contrario,
Quies. Phyſ.5.t. 55. mutatio potius, quàm Motus. Quies etiam Motui haberi ſolet contraria, tanquam priuatio formæ. Nec Quies Quieti, quia nihil contrarium ſibi ipſi, vni, & eidem, ſemper eodem modo ſe habenti. Licet hæc etiam contraria ſibi dicantur, habita ratione Loci, & Motus. Quod idem euenit de priuatione. Sicut vero omnis magnitudo, ita omnis Motus eſt diuiſibilis in ſemper diuiſibilia; ratione continui. non tamen in infinitum, cum nulla ſit magnitudo infinita.

Et

Et quando,quicquid mouetur,necesse est ab altero moueri, ne infinitum in Motu ipso astruatur, aliquod primum mouens immobile esse comperimus. idquè vnum,naturæ prorsus præstare; nec Loco, nec Tempore finiri vllo; nec pati quicquam, aut aliquo indigere; sed perpetuo quiescere, & nullo discrimine, viuere intellectu; per se solum, perpetuò sibi supra Cœlestes Orbes residens, Naturæ moderandæ, & compræhendendæ, sufficere: quod significamus omnes Dei nomine. cætera verò moueri omnia, (vt Motus tanquam vita Naturæ sit,) non tamen quicquam à se ipso. Licet enim per se moueri videantur quædam, quæ hoc ipso nomine dicuntur viuere; aliunde tamen est in omnibus motus. quicunque aut ex toto, aut ex parte fit. Dicuntur animalia per se moueri, quod ipsis insit naturæ vis,partim solo appetitu, aut libitu; partim etiam ratione, & intellectu. Quiescere verò, est quid præter naturam, vt quod quiescit, aut præstet toti naturæ, aut toti subsit: id tanquam omnia, hoc tanquam nihil. Quod verò ad motus præstantiam attinet, cum non nisi circularis circa cęlestes Orbes appareat; & in Geometricis, circularem figuram, tanquam simpliciorem, sibi vndique simillimam, ideoquè irrationalem, à qua tamen cęterarum figurarum omnis prorsus pendeat ratio, viderimus; hunc profecto vnum, cæteris omnibus præstare motum, facilè persuademur. præter quam quod in vno, eodemquè,etiam aliquo modo contraria sint simul iuncta;sursum, deorsum, ante, & retro. isquè solus Motus sit circa medium, cum reliqui à medio, vel ad medium sint: & in motu etiã quietem referat,tãquam quieti proximus, in pręstantissimis præstãtissimus.nec ipsum grauitas deorsum,nec leuitas sursum trahant.In gyrum igitur cum præstantissimæ omniũ substãtiæ; scilicet Cęlestes Orbes moueãtur,à præsidentibus sibi cœlestibus formis, intellectu constantibus; rationi consentaneum est, vt quæ sunt his minoris præstantiæ, moueantur sursum, deorsum; sursum leuia, tanquam magis à terrena concretione distantia, deorsum grauia, tanquam deficiente ad centrum virtute. graue enim, & leue passionum

Phys. 7. t. 1.

Deus.

Pulsu. Tractu. Ductu. Latione.

Motus. Perfect. Circulus

Phys. 8. t. 55.

num omniũ, cum quędã principia ſint;ſunt etiã mutationũ. Cumque hoc magis, hoc minus leue, & item hoc magis, hoc minus ſit graue; quatuor conſtituta ſpectantur in ipſa Sublunarium rerum Natura, prima corpora; dicta Naturæ Elementa, quod in ea cætera reſoluantur. ex ijs tanquam ſimplicibus diſſitis ſe miſcentibus, plurimas, quas videmus, induit Natura formas. ſunt.

Terra, Aqua, Aer, Ignis.

Cęl.3. t. 31. Quatuor perfectiſſimo ordine ſuis locis ſic conſtituta, vt ignis tanquam leuiſſimus ſuperſtet omnibus. terra, tanquam grauiſſima, omnibus ſubſtet; Aer, & Aqua inter vtraſque extremitates, medio ſe tenentes, partim graues, partim leues; graues, ſi leuiori comparentur; leues, ſi grauiori. diſtant tamen etiam hæc ipſa media elemẽta, inter ſe, æquabili proportione. ita fit, vt Aer minus quam Aqua grauis, igni adhæreat; Aqua grauior, terræ: & Cęlo propinquius, Aer, & Ignis, formam redoleant. Aqua, & Terra, materiam. Quoniam verò graue denſum, & durum eſt, leue, rarum, & molle; fit vt Terra omnium Elementorum denſiſſimum, duriſſimum, grauiſſimum ſit; Ignis omnium rariſſimum, molliſſimum, atque leuiſſimum. Aqua, & Aer ad vtrumque vergant, temperatis proportionibus. In ipſius igitur vniuerſi medio, ſeu centro, Terra grauitate, & denſitate maior, loco, ſeu ſpatio minor, Aquæ mixtione conglobata, per ſe immobilis, tanquam per ſe impermixta materia, eſt prorſus paſſiua. Ignis tanquam à Terra plurimum loco, atque virtute diſtans, in ipſius Cœli proximo continenti; ideoquè ſpatio omnium Elementorum maiori, ratione læuitatis, ſeu raritatis, formam primo per ſe ſapit: & proximè, ei proximus Aer. Cum quatuor igitur ſint Naturæ Elementa; & ſingulis proprias qualitates ineſſe, quibus diſgregentur, & congregentur, neceſſe ſit; duplex intercedit inter ipſa neceſſario contrarietas; calidi, & frigidi altera; altera ſicci, & humidi. Cumque Ignis præſtet caliditate, alium præſtare item frigiditate oportet. Dumquè alterum in alterum agit, & litigat, quod ait Empedocles, fieri in

mixto

mixto vnionem, seu amicitiam; in humiditate, & siccitate videmus. quæ item pari modo se impetunt in caliditate, & frigiditate; tanquam duabus in medio sese intersecantibus lineis. Ita Ignis, & Terra, licet loco plurimum discrepent, siccitate tamen nectuntur. sicut Terra, & Aqua frigiditate, Aqua, & Aer humiditate; Aer, & Ignis caliditate; cum caliditate item opponantur Ignis, & Terra; siccitate Terra, & Aqua; frigiditate Aqua, & Aer; humiditate Aer, & Ignis. quod sit caliditas Ignis propria, siccitas Terræ, frigiditas Aquæ, humiditas Aeris: ideò tanquam contraria Ignis, & Aqua, Aer, & Terra, in medio, tanquam in puncto se miscent: vt licet ad modum lineæ rectæ Elementa se consequantur; gyro tamen virtutem refundant; ideòquè merito ipsamet quatuor Naturæ Elementa, dicuntur quatuor omnium rerum naturalium causæ: Terra sicca, & frigida Materia; Aqua frigida, & humida Forma; Aer humidus, & calidus, id vnde principium motus. Ignis calidus, & siccus, vbi finis. quoniam vitalis, & vitæ imago. vita enim est tanquam totius naturæ finis. Vt in Arithmeticis Terra referat vnum, Aqua Duo, Aer Tria, Ignis Quatuor. Et tanquam si locum spectemus, plurimum distantes, Ignis, & Terra proportionem quadruplã, quam Musici dicũt Disdiapason, tanquam omni obtenta complexione reddunt; Ignis, & Aqua Diapason, sicut etiam Aer, & Terra ratione contrarij, nec sine Emiolia, & Sesquitertia ratione, seu Diapente, & Diatessaron, si diuerso modo spectentur, quod Plato animaduertit. Cumque sint actiuæ qualitates Calidum, & Frigidum; passiuæ Humidum, & Siccum; Aqua Terram, Ignis Aerem format; ideò, quod diximus, Terra, & Aqua tanquam Materia; Ignis, & Aer tanquam Forma se habent. cum tamen singula, pro mixtionis diuerso modo, alterutrius sint causæ generationis, & corruptionis; pro vario virium complexu, agendo vicissim, & patiendo. ideòquè Terra alicubi Ignis calorem, alicubi etiam Aeris humorem exhalat. Aer in Terram pluuijs refunditur, cum vna omnibus subStet Materia; Formis plurimis, agendi, ac patiendi vir-

Io: Scotus, de Diuiſione Naturæ.
Io: Verſor.
M. Antonius Maioragius. Periphraſ-
Michael Pſellus.
Paulus Venetus.
Simplicius.
Syluefter Ferrarienſis.
S. Thomas Aquinas.
Thomas de Vio Caietanus.
Themiſthius Paraphraſes.
Rabanus Fundenſis. De Vniuerſali Naturā.
Nicephorus Blemmides. In Phyſicis differentijs.

In Libros de Cælo.

Albertucius Quæſtiones.
Alexander Aphrodiſæus.
Alexander Picolominæus.
Auerrohes.
Auguſtinus Nyphus.
Geneſius Sepuluedā.
Io: Argyropilus.
Io: Damianus.
Io: Iandunus, Quæſt.
Io: Verſorius.
Lucillus Philalteus.
Maimettius.
M. Antonius Maioraggius. Paraphr.
Simplicius.
S. Thomas Aquinas.

In Lib. de Generatione.

Aegidius.
Albertus Magnus.
Auguſtinus Nyphus.
Flaminius Nobilius.
Io: Grammaticus.
Gerardus Marbaſus. De Materiā prima.
Marſilius, Quæſtiones.
M. Antonius Maioragius.
Paulus Venetus.

ASTROLOGIA.



ATVRAM in ſuperioribus vidimus, non niſi motu conſtare: dum vis vim, contraria, contrariam; maior, minorem, trahit, aut impellit. ideò quatuor neceſſario contrarijs qualitatibus, Elementa ipſa quatuor ſe ſpectare. Sed contraria æquis proportionibus librata, niſi vis aliunde adueniat, moueri proculdubio per ſe non poſſunt. Cur enim in hanc potius, quam in illam ferantur partem? Superiorum igitur adhærentium la-

tionum virtute trahente, impellente, Elementa moueri, misceri, permutari plurimum patet. Ita mentem, vnam, à vi Cælorum immunem, non nisi vniuersalium intellectu agitari diximus, dum Logica attingeremus. Sed cœlestium lationũ vires inuestigare, cur non facilè homines temerarium putemus? nec tamen temeritatem exhorruit humana mens. quin spem concepit, se ex Astrorum virtutis intellectu, posse etiam in futurorum cognitionem venire. ita inter Disciplinas Astrologiæ datus est locus. licet enim eam Stoici, Pythagoras, Plato, Peripatetici abiecerint; Chaldæos tamen Babylonios, Aegyptios, Aethiopes, quibus omnibus, nos, quod superius diximus, Disciplinarum incunabula, par est referre accepta; plurimi scimus fecisse. Ac Ptholemæus sexagenario maior, mordicus perpetuò Astrologiæ addictus, licet eam sub vitæ discessum à Porphyrio dicatur, tanquam futile commentum, risisse; plurimos tamen plurimum sibi in fidem futurorum, addictos habet. Quin ipse Porphyrius in ea addiscenda, Plutino sedulam nauauit operam; & Plutinus etiam Iamblico eandem fertur nauasse. Quam verò nutantibus principijs nitatur; dum præsertim humanas fortunas ab ipso Deo pendentes, Astris attribuit; vel ex vna Ioannis Pici lectione patet. Ideò à Republica exulare iubent leges Astrologos Astris nimium tribuentes, tanquam humanæ, atque adeò Diuinæ voluntati homines ociosè infensos. Dum enim ex Astris omnes in terris pendere motus docent, impiè liberum nihil relinquunt, aut hominibus, aut Deo. qua vna assertione, quid maius nefas in vita! Exemptis verò humanis actibus, cum cœlesti influxu, Elementorum virtutem moueri, ac permutari contingat; nihil facit quo minus possimus fidem, hoc nomine, Astrologiæ præstare. Nos tamen ea tantum afferemus in medium, quibus nostra ipsa principia, aut fulcta, aut indicata videri possint.

Cod. l. 9. t. 18.

Sol. Primò igitur Solem, tanquam Astrorum Regem, suo quodammodo libitu, accedendo, recedendo, Hyemem, Aestatem, Autumnum, Ver, diem, ac noctem facere, sensu patet. nubes cogere, ventos excitare, fructus nutrire, maturare,

vires

vires fouere, vitam inducere. Hunc ipſum inter ſeptem Planetas medium locum tenere; ideòquè ſeptem tonis, cum Muſici omnes concentus fiant; medio tono inter Diapente, & Diateſſaron reſonare, ac connectere Solem in Natura Diapaſon harmoniam. Cumque infernè, supernèquè tres habeat, vnus; videri poſſit hinc inde Tetractin implere. vnum ideò dicunt Naturæ vniuerſæ ſuis motibus, ſuo lumine, vim inferre. Venerem, Mercurium, Lunam, frigidos infernè ſpectare Supernè Martem, Iouem, atque Saturnum. quod licet poſtremum frigidum vnum habeatur, in longiſſimo à Sole receſſu, ipſe contra calore æſtuet, in eius defectum, propterea, cum per annum integrum Zodiaci duodecim ſigna Sol percurrat; & menſis mora facta in ſingulis, ex quatuor triplicitatibus ipſa quatuor anni tempora conſtituantur, & ſint; Terrea Hyems, Aqueum Ver, Aereus Autumnus, Aeſtas Ignea; docemur prorſus, Elementares qualitates ab ipſo Cęlo pēdere. Quid quod, cum naturalis dies, ſeu Solis circuitus in horas 24. fuerit diuiſus; vt horæ duodecim dentur diei, totidem nocti; & cum ſingulis horis Planetæ ſinguli tributi ſint; & à prima diei hora dies denominetur, videmus hebdomadæ ſeptem dies, à ſeptem ipſis Planetis, vetuſtiſſima traditione dictos. Cumque ex 24. horis, tributis cuique tribus, tres ſuperſint; apparet hoc ipſo defectu, hebdomadam perfici, & Soli hinc inde famulari, primo infernè Lunam, ſupernè Martem; deinde Mercurium, & Iouem; poſt hos Venerem, & Saturnum, vltimo Solem ipſum redire, atque integrum complere numerum. Ita dominari, omnium conſenſu dicuntur Planetæ, Horis, Diebus, Hebdomadibus, Menſibus, Annis. Et Zodiacus in duodecim ſigna partitus, tanquam Libra, qua Planetares vires librantur, monſtratur. Quæ omnia niſi animaduertant Agricultura, Nautica, Medicina, ſatis officio ſuo facere vix creduntur. Temporum enim mutationes fieri comperimus exoriente Equo matutino, circa Aequinoctium. vigilijs emergentibus; Emergentibus item Capra, Orione, Hyadibus, Procione, Delphino, Ariſta, Corona,

Hędis,

Hędis, Pleiadibus. Ex his etiam Medici, quando purganda aluus, quando ſtomacus ſit, quando ſanguis mittendus, quando balneis vtendum conijciunt. Ponantur igitur tanquam Aſtrologiæ Elementa quatuor, totidem Sublunaribus Elementis reſpondentia, Saturnus, Luna, Iupiter, Sol. Ex tribus enim qui ſuperſunt Planetæ, Mars Soli famulari dicitur; Lunæ; Venus, Mercurius, tanquam promiſcuæ naturæ, vtrinque pendere. In his potiſſimum ſpectari fulxiones quatuor, Trinam, Quadratam, Sextilem, Oppoſitionem. Si enim in eodem Planetæ ſint ſigno, coniuncta; ſi ſex interiacent, Oppoſita: ſi tria, perfectæ amicitiæ in trino, ſeu ſeſquialtera proportione; ſi duo in quadrato ſeſquitertia, inimicitiæ imperfectæ. Alioquin latentia oppreſſa, combuſta, obſeſſa, peregrina, fęralia dici; ex contactu, effluxu, exceſſu, obſidione, interclusione, doriphoria, iaculatione. ideòquè vires cuiuſque imminui, aut augeri. Et Saturnum Terræ reſpondere tanquam imperfectæ virtutis, videntur aſſeruiſſe qui Genethliaci dicuntur; quod cum viderent hominis partum nouem perfici menſibus, ſi octauo menſe edatur interire; ita etiam ſi decimo, non tamen ſi ſeptimo, aut vndecimo. & rei cauſam inueſtigantes, cum fæturæ ſingulis Planetis, menſis integer tribuatur, ac Saturno, tanquam ſatori detur primus, eidemque octauus obtingat, fęralis fętui; nouus Ioui vitalis; ſeptimus etiam vitalis Lunæ, & vndecimus Soli, malignus, auſterus vitæ inimicus Saturnus creditus eſt. Iupiter amicus, atque tributor. Mars, Saturno in vitæ damnum ſimilis. Sol, & Luna ſimiles Ioui; qaod vitæ vtrique proſpiciant.

Hinc fabulis factus eſt locus. vt dicerent Saturnum ſenem horridum, truculentum, parentis Cęli genitalia ſecuiſſe. ac proprios ipſummet filios deuoraſſe. Rheam, ſeu Terram per ſe frigidam, & ſiccam habuiſſe vxorem; & non niſi mortem vndique intentare. Iouem verò eiuſdem filium dolo, Patris fauces euaſiſſe; Parentem vinxiſſe, eundemquè etiam euiraſſe, tanquam inimicum propagationis; virilia in mare conieciſſe, ex quibus ſtatim orta ſit Venus. placidè

impe-

imperium tenuiſſe; indulxiſſe plurimum generationi; amicitiæ. Vxorem pronubam habuiſſe Iunonem, Aeris, ſeu vitalis ipſius ſpiritus imaginem. ideòquè eum tanquam benignum, calidum, & humidum, quæ duo aeri, tanquam vitæ Parenti dantur, viuentium votis in omnibus reſpondere, Lunam etiam, Lucinam dictam, parientibus, frigidam, & humidam, Aquæ ſimilem, ideoquè virginem, adſtare, & vitæ fauere. Martem verò inſidiari. Solem igni ſimilem vitæ vniuerſam harmoniam vnam abſoluere. ideòque in perpetua iuuēta, ei ſeptem chordarum lyram, laureamquè appingi. Cætera de Aſtrologia, tanquam inania, & nihil ad rem noſtram facientia, prętermittimus.

De Aſtrologia circumferuntur.

Alchindus.
Alcabitius.
Albumaſar.
Alphagranius.
Anthiocus.
Cleomedes.
Cornelius Scepperius.
Demophilus.
Dorothæus.
Doſithæus.
Hali Abenragel.
Ioannes Hiſpalenſis.
Ioannes Pontanus.
Iulianus Laudicenſis.
Iulius Firmicus.
Lucius Bellantius.
Melampus.
Ptholemæus Quadripartit.
Petrus Haſcardus.
Petoſiris.
Paulus Alexandrinus.
Reſchius.
Summa Aſtrologiæ.
Teucer Babilonius.
Traſillus.

Contra Aſtrologos.

Ioannes Picus Mirandulanus.
Sextus Empyricus.

METEORA

METEORA.



NIVERSI ima, & summa, Elementa, & Principia vidimus. Nunc Meteora, siue suspensa, cæteraquè imperfecta prima Naturæ Mixta, videndi nos ordo monet; eodem celeri modo.

Solem igitur agere in inferiora ratione luminis, & motus, quibus calor concipitur, atque excitatur, manifestissimum ex dictis est. Commouet enim eminentiori loco, & vi maiori, Sol Elementorum calorem. additusquè calori calor, cum loco indigeat maiori; vi, cæterorum Elementorum loca inuadit. ita primo aerem propinquius commouet, & ratione attactus, aer commotus, commouet aquam, & terram. Frigusquè de suo loco coactum cedere, stipante contrario impetu, vi excitata, inimica loca inuadit. ita in pugnam itur. vt Solis rotatu, semper Elementa ipsa alterentur, & permutentur. Eo verò firmiori caloris robore Sol impetit Elementa, quo magis in rectum vibrãtur radij: quod fortius sic feriant; angulis acutioribus, quibus rarefacti vapores, terream concretionem in altum efferunt; quousque reflexionis radiorum extremus calor pertingit. ibi obstante attracto prius frigore, vapores in vnum coguntur; si plus habeant humoris, in nubes, Nubes. sin minus, aut calore exhauriuntur, aut nisi possint exhauriri, Pluuia. condensato pondere, in pluuiam cadunt. si verò frigore Nix. stipentur, quod per hyemem fit, rigescunt: & particulis, in quam minima diffitis, cadunt lentè, tardiores ex leuitate: & colore albo, nix dicuntur. Quando verò nec anni Glacies. tempus friget, nec locus, si decidens in pluuiam ex nubi-Grando. bus aqua, subeat aerem calidiorem, in glaciem per antiparistasim constipatur; & hanc in globulos coactam, Grandinem dicimus; quæ quoniam quanto maiori spatio rotantur globi, tanto magis decrescunt, si maioribus fertur glo-

monet

monet congelationem, prope terram fieri: si minoribus, in sublimi. Humores tenuiores, minori copia eleuati, quocunque tempore, sereno tamen Cœlo, noctu præsertim recidentes, aut Ros, aut Pruina dicuntur. Pruina hyeme, cæteris temporibus Ros. At nec tantum humidi, sed etiam sicci fit exhalatio: eodem calore vtrumque trahente. hæc si prope terram eleuatur, Caligo dicitur, aut Nebula. Nebula humidior, Caligo siccior. vt sit Caligo tanquam sterilis Nebula, aut Nebulæ decidentia. Hæc tanquam fumosa, si attollatur, & humidis nubibus intercludatur, aut absumitur paulatim, aut impetu in aduersas vires erumpit; & fit fragor, quem Tonitrum dicimus. motus verò impetu calescente in ignem, Corruscationes apparent. cito extinguuntur, vi contraria obstante. spissiores, atque vehementiores, tonitru etiam terrifico, Fulmina dicimus. quæ deorsum tendunt, prælato etiam quandoquè lapide (vt ferunt) ad modum cuspidis, ratione densitatis; & crassi humoris, quo pasci creduntur. etiam exhalationes sunt, forma tantummodo, & humorum copia differentes Trabs, Capra, Draco volans, Candela, Lancea, & huiusmodi reliqua; quod huiusmodi rebus similes videantur, quarum retinent nomen. formam verò videtur dare magis, vel minus, sicci spiritus ardor, & fumositas maior, vel minor; eleuata magis, aut minus. Et hæc omnia potissimum ad latus feruntur, dum natura sursum, violentia deorsum cogunt. Quo motu etiam, quæ Sydera discurrentia dici solent, moueri videmus. Eiusdem naturæ censentur etiam Cometes, quæ pro humorum nutrientium, aut siccitatis, maiori, vel minori abundantia, citius, tardius extinguuntur. Humanos casus his indicari aliqui monent. sed gratis monent. Eiusdem ferè naturæ Galaxiam aliqui putant; sed facile est in his, quæ demonstrari non possunt, asserere, aut negare. Qui verò colores in nubibus apparent, non sunt. refracti enim radij, rerum colores non rarò immutant: vt plurimum experimur in horas; ac partim diximus, dum de Optica ageremus; partim etiam dicemus cum de Homine erit ser-

Ros. Pruina. Caligo. Nebula. Tonitrus Corrusc. Fulmen. Trabs. Capra. Draco. Candela Lancea. Sydus discurrēs. Comet. Galaxia.

mo. Ratione verò plurimæ in nubibus humiditatis, ex refractione radiorum visus, apparent Iris, Area, Pareliæ, Virgæ. Iris pluuio Cœlo, mane, vel post meridiem, Sole aduersas concauas nubes spectante, nunquam semicirculo maior, aut simplex, aut duplex. nos, quod rarissimè euenit, triplicem vidimus. ex nubium varia positione, vario colore, spatio æquidistante. Circa Solem interdiu, circa Lunam, & Astra noctu, circulus sæpè integer, Area dicitur.

Pareliæ. Pareliæ tanquam iterati soles dicti, quod soles duo, hinc inde ad Solis ipsius latera appareant; in ipsius, aut descensu, aut ascensu; non sub, aut supra, nec contra, aut longe dissiti; ex humorum copia, & varietate, circa Solem visus radijs refractis.

Virgæ. Virgæ etiam dicuntur; quas reddunt radij intra aqueas nubes stipati, & refracti. quod etiam facit, vt quandoquè appareant hiatus, foueæ, & sanguinei colores.

Ventus. Vapor etiam à Solis calore in sublime elatus, vẽtos creat. relapsus enim in pluuiam vapor, quando siccatur, vel Solis vi, vel terræ etiam per se concepta caliditate; & ideò rarescente aere, ne vacuum detur, remotior, spissior succurrit; & aeris parte densiori, rariorem, ratione propriæ mobilitatis, implendo; fit vt aer se ipsum moueat, atque infestet, & id Ventus dicitur. si impetum facit Procella. Venti se se contrario impetu ferientes, atque cogentes, si eleuantur in gyrum, subleuato supra terram puluere, Turbines; supra aquas influxu dicuntur Vortices. vt sit ventus, quædam calidæ, & siccæ exalationis, motæ circa terram, multitudo. Et cum Venti principium desuper sit, non tamen deorsum, sed in latus est eius fluxus: sicut etiam in vniuersum ipsius aeris, concrescentis ex aqua, & vento, tanquam ex calido, & frigido. Ventus igitur est, æqueac fumus, calida, & sicca exhalatio. sed Fumus crassior, Vẽtus siccior. ideò ignis à vẽto excitatus, in fumum abit, quando extinguitur flãma. Et pluuia ingruente, tãquam frigida cessare venti, irruentibus ventis tanquam calidis, cessare pluuia solẽt. Ac licet ab omnibus

Procella Ventus. Turbo. Vortex. Fumus.

nibus vndique partibus perflent venti, ab Vrsa tamen, & & Meridie sunt crebriores, atque hi Austri, illi Boreæ dicuntur. Cum enim ab Oriente in Occasum Sol permeans, hæc loca non adeat; ideò euenit, vt in his maior ex parte fiant exhalationes; aut cogantur. & pro maiori, aut humiditate, aut siccitate, in pluuias, aut in ventos euadant. & inde plures sunt venti, vnde plus aquæ excipit terra. ita videmus humidiora ligna ignita plus fumi emittere. Boreas igitur diametro distans ab Austro; per frigida transiens loca, frigus concipit; Auster, seu Notus per calida, calorem. Horum ad latus Venti triginta numerantur. sed notissimi quatuor, ad summum octo. qui in æquinoctiali opponuntur Zephirus, & Apeliotes. Qui in Tropico hyemali, Cecias, & Libs. qui in Meridionali Argestes, & Eurus. Venti, vel frigore prohibente exhalationes, vel suffocante calore, cessant. quod fit circa Orionis Ortum, atque Occasum. quo tempore Alciones apparent in Mari. ideò tranquilli dies, Alcionij dicti. Nec in sublime peruadere ventos monent, qui dicunt in editioribus montibus cineres inscriptos, nec pluuijs madidos, nec ventis dimotos stetisse ad plures annos. Et quoniam, quod dicebamus, nulla sunt Elementa impermixta, sed alterum alterius locum subit; ideò terra etiam aerem continet. nec semper eodem modo; spissior enim, ac rarior pro maiori, & minori calore, & frigore fit. cumque densatus indigeat maiori loco, excurrit per caua, dum potest; ac nisi inueniat patentem viam, aut terram findit, & diruit, fragore horribili: aut certè percutit, & vi obstante relabitur, tumente solo: ideòquè Terræmotus vocari solet. Cumquè ad rerum generationem expediat, nulla esse Elemēta impermixta; facile est credere; natura monēte, quod docet Theologia; in ipsius Terræ centro, ignem latere, & terris superiniectis, tanquam suis cineribus tegi, nutriri, & conseruari. Philosophi tradidere; Ptholemæus subscribit. & terræ loca, quæ cineres fumum, & flammas euomunt; bullientes etiam alicubi flagnantes aquæ, idipsum testantur.

Ventus Auster Boreas.

Terræm.

Aqua terræ superne grauitate adnixa, eam non totam operit,

Aqua.

operit, ne animalibus desit vitæ locus, extra aquas. vt videantur cedere loco in vitæ bonum, ipsa etiam Elementa. eandem tamen madefacit, etiam subterraneis vijs, vt sit ei per se siccæ, & diffitæ, tanquam glutem. eundem etiam tenens in sua generatione modum, quem supra terram. Humor quippe, cogente in terræ concauitates subterraneo calore; in tenuissimos eleuatus vapores, superiori frigore obsistente, in guttas tandem coactus recidit; ideoquè conuexi ratione, vbi terra elatior, ibi maior fit aquæ copia. vt quo sunt maiores, eo etiam aquis pluribus abundent montes; lacunis, fontibus, & fluminibus: qui omnes in Mare quiescunt. Et cum tanta fluuiorum ingurgitatione Mare non augeatur: facilè est, quod in Sacris Litteris habemus ratum, credere; eo vnde exeunt flumina relabi. vt subterráneis vijs Mare irrumpant, cogente desuper aquarum mole, salsedine in motu amissa.

Cócauit. terræ.

Mare.

In Maris verò perscrutatione, duo sunt, quæ plurimum disquirentes fatigant, salsedo, & fluxus. cum enim aeri aqua proximè accedat; aer verò sit odoris, saporis, coloris expers, eademquè ipsa in aquis laudemus; ideò salsedinem in Mare admiramur, & rationem libenter quærimus. cumque ratione grauitatis aqua, sicut terra, ad centrum tendat, miramur merito, eam hinc inde fluere, atque refluere, nec eodem vbique modo. ab Oriente enim in Occidentem perpetuò, à Septentrione in Meridiem, diurnis æstibus; horis vbique locorum, sex ad minus. ac salsedo ex propria terræ natura creditur: cum subtilis ex Mari elatus vapor, dulcis recidat, iterum condensatus. vt graue, & crassum tanquam terreum, cum salsedine sua, subsidat. & sudor ex carne etiam salsus, esse Maris salsedinem ex terra, facile indicat. Fluxus rationes, cum plurimæ afferantur: præstantissima videtur ea, quæ id Lunæ tribuit. cum maximos fieri, æstus sub Lunæ, Solisquè coitum, notissimum sit. nec semper vno, eodemquè modo stare flumina, montes, maria, terras, tum Platoni, tum Aristoteli fuit persuasissimum. Cætera, quæ de his possunt afferri, facile est ex plurimis haurire.

Salsedo.

Fluxus.

Qui

Qui de Meteoris in Aristotelem scripserunt.


Albertus Magnus.
Alexander Aphrodisæus.
Augustinus Nyphus.
Buccaferreus.
Cęlius Calcagninus Paraphr.
Franciscus Vicomercatus.
Franciscus Vierius.
Geminus Isagoge.
Georgius Agricola.
Nicephorus Blemmides.
Olimpiodorus.
S. Thomas Aquinas.
Thomas Caietanus.
Tymon Quæstiones.

De iisdem scripserunt.

Apuleius. De Mundo.
Alcinous. De Doctrina Platonis.
Achillinus.
Antonius Galathæus.
Auerrhoes. De Substantia Mundi.
Augustinus Stencus.
Balthassar Pisanellus.
Collegium Conimbricense.
Cleomedes. De Mundo.
Federicus Pendasius, De Substantia Mundi.
Gaspar Contarenus.
Gabriel Buratellus.
Hieronymus Cardanus.
Honorius Clauis. Physica.
Io: Franciscus Picus.
Io: Damianus.
Isidorus Ethymolog. lib. 13.
Io: Baptistæ Bernardus, Seminar. Philosoph.
Iulius Cæsar Scaliger, Nob. Exercit.
Io: Iouianus Pontanus.
Lucretius Carus, lib. 6.
Marsilius Ficinus.
Petrus Apponensis Conciliator.
Plutarcus. De Placitis Philos.
Plinius Secundus.
Philo Iudæus. De Mundo.
Plato. De Natura, seu Timæus.
Plotinus. De Natura, & Vno.
Robertus Linconiensis.
Simplicius Portius.
Sebastianus Foxius. In Thimæum.
Theophrastus.
Vincentius Beluacens. Speculum.
Zimaræ Tabulæ.

DE

DE MIXTIS PRIMIS Naturæ Corporibus.



PECTAVIMVS, quæ dicuntur Naturæ Elementa. iam quæ prima ex his consurgunt mixta corpora, par est videre. mixta dicta, atque prima, quod in his ipsis primo, seu imperfecto modo, Elementorum virtutes misceãtur. non enim hæc viuunt, sicut quæ mixta perfecta dicimus, quod his vitam, & sensum natura tribuerit. eaque ex his ipsis perfectiora, quæ vitæ vsu præstant maiori. Corpora hæc dicuntur, quod tactu, aut dura, aut mollia sint. nempè aut terrea, aut aquea, præter enim hæc nihil tactu sentimus. tangere, vel tangi, nisi corpus nulla potest res; ait Lucretius. Durum dictum, quod secundum superficiem compressione non cedat, molle quod cedat. compressione superficiei in profundum, quod facit aqua. ideò durum apparet corpus, in quo præualet terra; molle, in quo aqua. sed quo durius, eo etiam præstantius; quod remota corruptionis matre humiditate, non facilè res permutentur. Cũque ratione siccitatis, terra sit per se dura; tantoquè magis quanto ab aquis magis recedit; necessariò fieri videtur, vt in intimis terræ visceribus, durissima corpora; generentur nec tamen omnia eiusdem generis sint, cum aliqua calore admoto liquescant, aliqua non liquescant. Liquescunt quę magis admixtam habent humiditatem, atque huiusmodi sunt Metalla. cætera saxea, tanquam ab omni penè humore dissita, non liquescunt. Metalla dicuntur Plumbum, Stãnum, Ferrum, Aes, Auricalcum, Argentum, Aurum. Saxea, quæ non liquescunt Lapis, Cos, Magnes, Silex, Pumex, Gemma. Vt verò hæc ex Terra, & Aqua, tanquam ex Materia, & Forma generentur, semen præexistere, ex terræ ipsius corruptione diuersa, ratione loci, temporis, caloris, humiditatis, maioris, minoris, diuersis modis, putant Philosophi

Corpus.

Metallũ.
Saxum.

losophi. idquè pro diuersa Naturæ virtute, & decoctione dicunt Attramentum, Bitumen, Alumen, Sal, Antimonium, Arsenicum, Sulphur, Argentum viuum. quæ tria postrema minerales spiritus, atque adeò animas vocant; quod ex his necessariò generentur, atque perficiantur Metalla ipsa.

Atramentum, dicunt substantiam fossilem, ex terra, & aqua diuersi generis coagulatam; cuiusmodi est Vetriolum. Bitumen, putrefactam terram, humore pingui, atq, tenaci. Atramẽ. Bitumen

Alumen christallo simile, mordaci salsugine; in aqua, & in igne liquescens. sed in aqua disperditur: in igne vnctuositate consumpta, albescit. vt sal etiam dici possit. Alumen.

Sales verò ex diuersa vaporum, & exhalationum commixtione diuersi, præcipui habentur Harmoniacum, Vitriolum, Nitrum, Gemmæ, Alcali. Antimonium à recentioribus dicitur, quod veteres Stibium dicebant; candentem lapidem, in Argenti fodinis; forsan quod Alabastrum vocauit Plinius. Arsenicum auri habet colorem, ac prope naturam, Plinio est Auri pigmentum. Sulphur quod præ cęteris omnibus, quæ terra extrahuntur de facili ignem concipiat, creditur tenuis, ac calidi temperamenti, ideòquè auri ipsius naturæ simillimum. Argentum viuum, argenteo colore, & ferè substantia eadem. nisi quod aqueum, atque adeò aereum est, ideoquè subtilissimum; nescit propterea stare loco. creditur metallorum omnium forma. Sulphur tanquam terreum, atque igneum. vtrumque subtilissimum. Ex vtrisque impuris, crassis, & fęculentis Plumbum putant consurgere, iterata decoctione. Ex puro argento, impuro Sulphure Stamnum. Ex ijsdem impuris, sed exiguo argento Ferrum. Ex Argento puro, Sulphure impuro, sed rubeo Aes. Ex iisdem purissimis, Argentum, atque Aurum. rata ambobus proportione, decoctis pluries. Quibus animaduersis, sunt qui Aurum, atque Argentum posse etiam hominis industria conflari, putent, ignis virtute. Hos nos Chemicos, seu Alchimistas vocamus. præcepta creditur primus litteris consignasse Auicenna, ad Assum Philosophum scribens; aut Geber Arabs, quem cæteris vnum præferunt. Non

Sal. Antim. Arsen. Sulphur. Argentũ viuum. Plumbũ. Stãnum. Ferrum. Aes. Argentũ. Aurum. Alchem.

enim

enim ante hos eo creduntur, aut auaritia, aut solers perspicacia adspiraſſe. Hanc etiã Pyrotecniam, quod ignis virtute vtatur, dicunt. Ac licet eã, plurimi de recenti putemus inuẽtã, eandem non desunt tamen, qui putarint ſapientibus primis Græcorum fuiſſe notiſſimam. ſed eos Poeticis fabulis rem inuoluiſſe; ne in vulgus huiuſmodi irent arcana; quibus ſinguli homines poſſent ſibi diuitias parare, in publicum damnum. quod publicum bonum ipſa ſit indigentia; qua inſtigante ſagacitatem ingenij, alter alteri opitulamur. Ideò ex metallis Plumbum vocarunt Saturnum; Aes Iouem; Ferrum Martem; Aurum Solem; Stamnum Venerem; Argentum viuum Mercurium; Argentum fixum, Lunam. Et quæ de ipſis fabulosè feruntur, omnia dicunt artem Chemicam continere. Iunonem fictam Saturni filiam, Iouis ſororem, & coniugem, Diuitiarum Dominam, Deorum Reginam, ante Iouem in lucem editam, partubus, & matrimonijs præfectam, Mercurialem aquam ſignificare. dictam Saturni filiam, quod è Plumbo, & è ſua terra per Opin ſignificata, diſtilletur. dictam diuitiarum Deam, quod in Aurum, diuitiarum caput, mutari poſſit. Ante Iouem natam; eodem partu, partui præeſſe; quod Chemicæ omnes virtutes huic aquæ innitantur, in nuptijs, ſeu in coniunctione ſulphureæ tincturæ. Iouis vxorem, quod ambo præſint transmutandis metallis cæteris. Huc pertinere etiam dicunt fabulas Pyrrhæ, & Deucalionis: Martis, & Veneris, quos Vulcani caliditate deriſos dicunt. huc Gorgonis faciem, omnia vertentem in lapidem; Ganymedis raptum ab Aquila; Dedali Labyrinthum; Ramum aureum, apud Virgilium; Mineruæ ortum ex Iouis capite; Iouem in pluuiam verſum, atque huiuſmodi plurima.

Saxum. Quæ non liqueſcunt dura corpora, ſaxea dicuntur, vt ſit ſaxum quicquid ſiccum, denſum, durum, graue, ineliquabile, terræ ineſt, aut aquæ. quod ex eadem terræ corruptione conſurgit, ſed non ijſdem Elementorum proportionibus, nec ijſdem, ratione terræ, & aquæ, ſeminibus, gene-

ratur

ratur tamen in dies, ſicut metallum: & ex ima terra ſemper in altum tendit.

Lapis idem quod ſaxum, aut quid minus, leuius, lenius. ideò gemma etiam lapis. Lapis.

Lapidum etiam genus Marmor, tum candidum, tum coloratum, diuerſis modis; non æque durum. Sed quo durius, eo etiam præſtantius. quod arte politum ſplendidius fiat. Marmor

Cos colore cinericio, fragilis, fricatu ferrum acuit. Cos.

Magnes, Herculeus lapis dictus, & Sideritis, occulta ſibi vni virtute indita, ferrum trahit. Magnes.

Ex Cotibus habetur Lydius lapis, nigri coloris, quo probantur confricata metalla. & ſolus Thmolus creditur dare. Lapis Lydius.

Silex ſquammeus lapis durus, denſus, cinericius, ictu calibis, ſiliquas igneas reddit. Silex.

Solus inter lapides leuis numeratur Pumex, quoniam ſpongioſus, atque aduſtus: ſeu è ſpuma ſit Maris, ſeu ex flagrantium montium incendio. Pumex.

Cum lapidibus adnumerantur etiam gemmæ; quæ cum ſint paruæ non arte, vt magnæ niteſcunt; ſed natura. gemmæ forſan dictæ, quod gemmas vitium magnitudine vix excedant. Habent gemmæ grauitatem ex terra, nitorē ex aqua, colorem ex aere, fulgorem ex igne. vt in tantilla re, naturam, æque ac in maximis admiremur. quin ſingulæ Elementorum vires gemmis creduntur ineſſe, ac cœleſtes virtutes: cum nullis præter ea corporibus, lumen inditum firmius, atque viuidius ſit. Ex luce, pondere, forma, colore, duritie indicatur gemmarum præſtantia, & inde pretium: non enim lux vna omnibus eſt, nec color vnus. cum quot quot Natura colores habet, excipiantur in gemmis. aliquot præſtantiores, huiuſmodi ſunt Chryſolitus, Carbunculus, Porphyrites, Smaragdus, Iaſpis: in his enim eæ omnes colorum differentiæ exprimuntur, quas monſtrat Iris. glaucus, viridis, croceus, rubeus, cęruleus; colores; inter album, & nigrum medij. colore, ſoli Adamas, & Chriſtallum carent, nec tamen propterea minori æſtimantur, Adamas duriſſi- Gemmæ. Chryſol. Carbūc. Porphy. Smarag. Iaſpis. Adamas. Chriſtal.

mus omnium,radit omnes,nec ſentit limam. Forma in gemmis præſtantiſſima lenticularis, & præ angulari, orbicularis. Aliqui (ex Plinio) de Cęlo creduntur, aliqui è Maris, & fluminum ſpuma diu colliſa, Solis virtute,formari, & exſiccari. quædam frigore rigeſcere, vt chryſtallum; quædam in argenti, & auri fodinis, quædam in montibus, intra petras, & ſcrobes generari. quædam in animalium corde, cerebro, inteſtinis. Omnes gemmas ſicut aurum, atque argentũ humana induſtria imitatur,chryſtallo,vitro, ſale,tartaro, coloribus. ars à Græcis dicitur λιτουργία. Veræ tamen ſemper grauiores, duriores, nitidiores gemmæ ſunt. quin etiam frigidiores. nec vt factitiæ lumine alieno hebetantur. Earum vitia ſunt fumus, nebula, vmbra, ſcabrities, capillus, ſal, punctum, ſcobs, plumbago, ferrugo; rubigo. longiſſimo tempore generari creduntur. Hæc de Metallis, Lapidibus, Gemmis, quæ ferè ſub terra creantur, nutriuntur, & conſeruantur, dicta ſufficiant.

Plantæ. Iam quæ à terræ ſolo eleuantur, & quoniam creſcunt, ac virent, quodammodo videntur viuere, attingamus. rarioris, ac leuioris hæc ſubſtantiæ; ſed præſtantioris naturæ; quod creſcant, & decreſcant in dies, tanquam viua, conſtent partibus tanquam membris,coaleſcant, generent,ſeneſcant, intereant: ignem admotum concipiant, foueant, & in cineres abeant, conſumpto humore. hæc ſunt Herbæ, Olera, Virgulta, Frutices, Arbores. quæ omnes Plantæ nomine dicuntur, quod ſupra terræ planitiem naſcantur. Herbæ dictæ, quæ frondent prope terram, Olera, quæ caule eleuantur; Frutices, quæ ramuſculos edunt; Arbores, quæ ex caudice in ramos creſcunt. quorum materia, ſeu ſubſtantia lignum. Plurimæ ſingularum ſunt ſpecies. & ſexum creduntur habere, vt mares à fęminis forma differant; radicibus alimentum de terra attrahunt. differunt etiam formæ, ratione loci. induſtria excultæ, fęlicius vbique proueniunt. Quę magis à terra eleuantur diutius durant. ideò cum ſingulis annis naſcantur herbæ, arbores maiores explent nonnullæ

Herbæ. Olera. Frutices. Arbores.

cente-

centenos annos. Quædam tantum dant folia, & semen; quædam etiam flores; quædam flores, & fructus. segetibus idem est fructus, & semen. his, vt plurimum viuentia pascuntur. Ex arboribus, plurimæ medullam habent, quam cortex in gyrum æquali spatio circundat, quasi punctum circumferentia. quædam tamen non habent, quædam senio perdunt. Soli Iuncus, & Rubus angulis crescunt. Radicum, ramorum, corticum, florum, frondium, fructuum, seminum formas plurimas, admirari potius possumus, quam recensere. hæc magis, hæc minus calida, frigida, humida, sicca, tum actu, tum potestate; inexplicabilibus rationibus. quatuor humana solertia in his omnibus primarum passionum constituit gradus. quorũ ratione generentur, & corrumpantur. generẽtur concoctione, corrũpantur in concoctione, atque putrescant, superante humiditate. ita enim etiam Elementa putrescunt, tanquam impura, excepto igne: cum tamen ambiens caliditas, intrinsecam caliditatem corrumpat, tanquam naturalem non naturalis. Cumque sit concoctio triplex, Maturatio, Elixatio, Assatio; est item triplex inconcoctio, Cruditas, Inquinatio, Tostio. Maturatio de Plantarum fructibus dicitur primo: quando earum semina, generare tale alterum possunt. Et sicut putrescentia, ita etiam maturescentia aquosa fiunt, sed non eodem instante calore. suo enim maturescunt, alieno corrumpuntur, non suo. ideò corruptionis sicut cruditatis, sunt sapor, & odor ingrati, grati maturitatis.

Iuncus. Rubus.

Cõcoct. Inconc.

Maturatio. Elixatio. Assatio.

Elixatio etiam quodãmodo maturatio est, excernit enim humidum frigidum, & inducit humidum calidum. Sicut in Assatione, calidum siccum, excernit humidum, frigidum. extraneũ innatum. Maturari igitur dicuntur Plantarum fructus, non elixari, aut assari; quoniam humidi fiunt, recedente calore; qui in elixatione, & assatione remanet. ideò nec elixari, nec assari dicuntur metalla, aut lapides, licet aurum elixari dicant, dum liquatur, aut siccatur.

Cum sit Plantarum substantia rara, & leuis; magis aquea, atque aerea, quam terrea; ideò profluuia fiunt in Plantis, Plantarũ profluu.

quæ densitatis ratione, in lapidibus, atque in metallis non fiunt. densum enim, & constipatum cum cedere non possit loco, nec attractionem habet, nec fluxum. His verò ipsis concrescunt plantæ; quæ quoniam æque omnes raræ non sunt; ideò citius etiam raræ, tardius densæ, generantur, & corrumpuntur. quæ ramos habent dilatantur ferè omnes ad modum globi; vndique attrahente Solis calore; ac pondere oblique inclinante. In opertis locis, in aqua, in arena, in sale, ex dissipata qualitatum proportione, vix vllæ nascuntur; sed aperto Cœlo, vbi non desit humor, & terra cum putruerit, exhalat; Solquè suo calore substantiam attrahit, absorpta humiditate, calore concepto, radices coagulantur; & pro diuersa complexione plantæ, fungi, tubera crescunt. vt ideò calida loca plantis semper abundent magis.

Plantarũ Ortus. Nec Plantæ seruntur omnes. sursum etiam elatos vapores, secum trahere conijcimus Plantarum substantias. hęq; rore madefactæ recidentes, virtute etiam Solis, atque Stellarum, deciduæ tanquam seminum species plurima, quæ videmus Plantarum genera, creduntur gignere; attractione etiam humorum. quin venti, dum se contrarijs impetunt flatibus, generare etiam Plantas, ex motu calore concepto, putant aliqui. ideò syluestres dicimus, quas insitione, & cultu reddimus mitiores. Humor in Plantas elatus, crassior cum non possit ascendere, ad superficiem se effundit, & fit

Cortex. Cortex: ideò colorem Cortex præfert, aut terreum, aut cinericium. Minus crassus lignum fouet, ac nutrit: subtilior ex medulla ascendit in folia, & in flores. in folia inconcoctus, concoctus in flores. attenuato humore, tum à calore innato, tum etiam à Sole. Ipsamet inconcoctio, seu indi-

Digestio gestio est causa foliorum, quibus Plantæ vestitæ, ornatæ, & contra Solis, atque imbrium impetus, armatæ apparent. In Plantis, quæ ramos non habent, vna digestio fit. in his, quibus rami sunt, digestio duplex; in radice, & in nodis. in quibus se ipsam colligit, spissat, atque agit virtus. Plantæ, quæ fructus edunt, antequam folia, omnes sunt vnctuosæ. quod ex nimio calore; prohibente nè humor crassior ascen-

dat primo, accidit. contra fit in ijs, quæ primo dant folia, quæ ideò sunt viridia. alteratum enim inconcoctum viride est: quod concoctum flauescit. ita fit, vt flauescant in aurum concocta metalla. est enim color is proximus luci, rei scilicet perfectæ, qualis est ipsa concoctio. ideò frondes, quæ viriditate magis pertinent ad nigredinem, tanquam minus concoctæ, indicant firmiorem virtutem. debiliorem concoctæ ratione crassioris humoris. Arbores albo ligno, vt salix, rarioris substantiæ sunt; nigro, vt hebanus sunt densioris. subrufo etiam, subnigro, & flauo cuiusmodi sunt pirus, buxus, nux, ex diuersa radicum digestione, & complexione humorum, id habent. Quod Plantæ fructus non edant, facit nimia humoris abundantia, & meatuum amplitudo. quod folia decidant, facit repressa à frigore vis caloris. ideò humor non eleuatur, sed potius retrocedit. Amaritudo indicat inconcoctionem; ideò amari fructus, in igne dulcescunt: & delectant gustum, quoniam concocti, tanquam perfecti. ita odores, quos in plantis, folijs, floribus, fructibus respuit natura, eandem indicant inconcoctionem, seu cruditatem perfectionem contra, indicant ij, quos ipsa amat. Omnes verò odores delectant odoratum, aut lædunt, ratione subtilitatis spirituum, ex attenuato humore, aut benè, aut malè concocto.

Qui de Fossilibus, seu Mineralibus, Herbis, Plantis, & Gemmis scripserunt.

Al exander Peripateticus.
Albertus Magnus. De Rebus Metallicis, & de Lapidum virtutibus.
Antonius Brasauola, Examen Simplicium.
Auicenna, Liber Fossilium.
Benedictus Ariamontanus, De Lapidibus vestium sacrarum in apparatu ad sacras litteras.
Camillus Leonardus, Specul. Lapid.
Cęlius Rhodiginus, De anulorum vi. lib. 6. cap. 11.
Dioscorides quique in eum scripserunt.
Erasmus Stella, De Gemmis.
Euax Rex Indiæ, De Gemmis.
Fracastorius, De abditis causis.
Franciscus Rausæus, De Gemmis.
Galenus, De Simplicium Facultat. lib. 9.
Georgius Agricola, De profluentibes ex terra.
Hermes.
Hieronymus Cardanus.

Io: Baptista à Porta, Magia Naturalis.
Io: de Mandeuille, De abditis rerum causis.
Io: Moncherinus, De Gemmis, & Lapidibus.
Io: Scotus, vel Chrysostomus, De Naturis omnium rerum.
Iosephus à Costa.
Isidorus, De varijs Fossilibus Etymolog.
Leonardus Garsonius, De Magnete.
Leonicenus, De Polycratis gemmis.
Leuinius Lemnius, De occultis Naturæ miraculis.
Lucianus.
Lucretius.
Marbodæus, alias Marboldus, De Gemmis.
Orphæus, De Gemmis.
Plinius,
Polidorus, De primo Gemmarum vsu, lib. 2. cap. 21.
Polyphilus, in Hipnerotomachia, de varijs Gemmis.
Raphael Volaterranus, De Gemmis, & Lapidibus.
Ruellius, De Natura stirpium.
Solinus in Polihystore.
Taismerius, De Natura Magnetis.
Theophrastus, De Lapidibus.
Tzæzes, De Sulphure.

Qui de Chemica, siue Alchemia, & Pyrotecnia scripserunt.

Auicenna, Ad Azum Philos.
Albertus Magnus.
Arnaldus de Villa Noua, Rosarius.
Augustinus Panthæus, De Arte, & transmutatione Metallorum, & Voarchadumia.
Alphidius.
Arnaldus de Villa Noua. Vetus Testamentum. Nouum Testamentum. Quæstiones.
Blasius de Parma, Lilium.
Clangor Buccinæ.
Geber Arabs.
Hermes Trismegistus.
Io: De Rupe Fessa.
Io: Scotus Subtilis.
Ianus Lancinius, Chemica Collectanea.
Io: Anglicus Diaconus.
Io: Crispinus, De Arte Metallica.
Ludus Puerorum.
Lapis Philosophicus.
Lumen Nouum.
Lumen Luminum.
Liber Distinctionum.
Lumen Intelligentiæ.
Lambardus Philosophus.
Liber Saturni.
Liber Radicum.
Morienus Romanus, De Transfigur. Metallorum.
Maria Prophetissa, Dialog.
Margherita Nouella.
Philippus Vlstadius, Cœlum Philosophorum.
Practica Lapidis Philosophorum.
Petrus de Zelauco.
Rosa Aurea.
Raymundus Lullius Testamentum codicilli, &c.
Robertus Vallensis, De Antiquitate, & veritate Artis Chemicæ.
Rogerius Bachonius.
Scala Philosophorum.
Sententia Semitæ.
Speculum Alchemiæ, Fr. Eliæ Ordin. Minorum.
Speculum Elementorum.
Thomas, De Metallis.
S. Thom. Aquin. Ad Fr. Raynaldum.
Turba Phylosophorum.
Theophrastus Paracelsus.
Theosophiæ Palmarium.
Vannutius Beringucius. Pyrotecnia.


De Destillatione.

Aetius Amidenus.
Albertus Magnus.
Alexander Benedictus.
Andreas Furnerius.
Antonius Gurinerius.
Arnoldus de Villa Noua.
Auicenna.
Bartholomæus Montagnanus.
Gualterius Riffius.
Hieronymus Brausuicensis.
Hieronymus Cardanus.
Io: Gauinetus.
Io: De Rupe Fessa.
Io: Manardus.
Io: Mesue.
Commentaria Monacorum in Mesue.
Petrus De Abano.
Trithemius.
Rasis.
Remadus.
Rogerius Bacho.
Serapion.

De Spiritalibus, & Ydraulicis.

Hero.
Georgius Valla.
Iosephus Ceredius, De modo attollen. aquar.

DE ANIMALIBVS.



QVAE, in Elementis Terra, Aqua, Aere generantur, augentur, alterantur, corpora, non tamen loco per se mouentur, satis hactenus sint spectata. Iam quæ per se mouentur aggredimur, præstantiora. Plantis hæc comparata; loco corticis, pellem, & cutim; loco ligni, carnem, & ossa; loco radicum, & foliorum, pilos, pennas, aut squammas; loco caudicis caput, & corpus; loco ramorum, suras, & digitos; loco nodorum, ossium iuncturas, & neruos habent, loco medullæ intestina. Nec Elementari sola virtute; sed his, quæ terra gignuntur, nutritur animal. & tanto præstantioribus, quanto est ipsum præstantius. Sicut enim Plantarum, ita Animalium genera vi-

ra videmus plurima; nec terram tantummodo incolentia, sed aquam, & aerem. Quæ terram incolunt, plurimum pilis; quæ aquam, squammis; quę aerem, pennis vestita. Terram incolunt bipeda, quadrupeda, apeda: intecta, tecta etiam spinis, & osse; minoris præstantię. Aquam apeda formis plurimis; Aerem aues, plurimis item generibus. maiori omnia quam Plantę calore. Apeda, per terram repunt. Pisces per aquas natant. Quadrupedia à terra se non attollunt. Quędam, sed viliora, per se nascuntur, incognita prorsus Elementorum permixtionis virtute: putrescentibus terra, aut aqua. sicut etiam euenire de Plantis diximus. sed prędstantiora, ex maris, & feminæ attactu, in feminæ vtero genita, certo tempore eduntur; edita crescunt, decrescunt, intereunt: crescunt crescente calore, decrescunt eo decrescente: & eo ipso deficiente, etiam deficiunt interitu. ideò dicuntur principio adolescere, tandem senescere, & mori, quod formidat animal, tanquam maximum malum. Nec nisi sensu, constat, & patet vita. sensus verò dolore, & voluptate, seu doloris carentia, finitur. dolere verò, natura impellente, solent viuentia omnia: tanto magis, quanto sunt morti proximiora: tanto minus, quanto magis ab ea distant, aut se putant distare. & vnius vitæ ratione dicuntur omnia prodesse, aut obesse. quodquè prodest appetunt sensu prædita, quod obest respuunt. vt ipsemet appetitus in Plantis instinctus, animalia ad motum impellat, & trahat; & ipsum per se moueri sit viuere. At quoniam quod caret alterna requie durabile nõ est; quiescere etiam in vitæ ipsius bonum, oportet. ideò animal partim dormit, partim vigilat. vt sicut vigilia motum parat, ita somnus paret quietem. Perfectum etiam animal, ita compactum est, vt dum pars loco mouetur, pars etiam quiescat. ideò pedes non eodem tempore mouentur ambo, nisi saltu fiat motus. & in his, quæ quatuor habent, qui diametro sibi duo respondent, quiescunt; dum reliqui duo pedes mouentur. At quoniam Elementis ipsis animal constat, & Elementorum semper alterum in alterum agit; atque vna confligunt,

ne in

ne in conflictu Elementorum, animal pereat, sunt necessario nutrienda, æquis proportionibus Elementa. hinc appetitus cibi, & potus, vt cibo fames; appetitus calidi, & sicci; potu sitis, appetitus frigidi, & humidi, sedetur. Sunt enim in Animali Elementa, Bilis, quæ dicitur atra; Phlegma, siue Pituita; Bilis flaua, & sanguis. Bilis atra terrea, ideòquè sicca, & frigida: Pituita aquea, ideò frigida, & humida: Bilis flaua aerea; ideò humida, & calida: Sanguis igneus, ideò calidus, & siccus. horum æqualitatis conseruandæ gratia cibum, & potum, regit fames, & sitis; quorum ratione potissimum lites fiunt, & amicitiæ, inter similia, & dissimilia. At perfectiora Animalia cum constent Ossibus, Carne, Neruis, & Venis; videtur Ossibus terra, Carne aqua, Neruis aer, Sanguine ignis teneri. Ossa sunt duriora, vt carnem fulciant, & sustentent; caro enim mollis, & humida, non potest per se consistere. Nerui flexuosi, vt motum regant; Venæ vndique sunt, vt calorem per corpus diffundant. Et hæ partes similares sunt dictæ. Dissimilares, Caput, Corpus, Manus, Pes. Licet enim solius hominis manus propriè sint, sunt quadrupedibus anteriores pedes, tanquam manus; auibus alæ.

Fames. Sitis. Elemẽta in Anim.

Os. Caro. Neruus.

DE HOMINE.

QVoniam verò Animalibus cæteris plurimum præstat homo, cæteris prætermissis, in eum vnum figemus aciem; quem ratione præstantiæ, πανδῶρην dictum, ait Exiodus. Is nec longa vitæ periodo, nec corporis proceritate cæteris omnibus præstans, solus nudus, lactea carne, capite erecto, Cœlum spectat: cum cætera, quibus vtitur tanquã suis, vt vescatur, vt tegatur, ac nutriatur, sint prona: brachijs, atque manibus ad prensandum factis, solus rectus incedit: solus habet frontem, & mentum; solus vino sedat sitim, & coctis potius, quàm crudis famem. solus experientia, atque arte viuit; solus loquitur, quoniam solus ratione præstat. ideoquè solus cætera sibi subigit omnia. & quæ eum

Homo.

vnum imitantur cætera, præstantiora censentur. vt tanquam præstantissimam, eius formam tribuamus etiam Deo: cum tamen hominem ad imaginem Dei factum, Sacræ Litteræ prodant; quod forma solus plurimum præstet, atque ratione. Capité sphérico, partim nudo, partim capillis intecto, diei, ac noctis speciem facilè præ se ferre videri potest. quin facie, solem referre; capillis radios. In vtero genitus tanquam Μικρόκοσμος, Minor Mundus, globi formam tenet. natus post menses nouem, explicatur in longum, tanquam linea Cœlo, ac Terra finita. Corporis, absolutissimis proportionibus, quatuor quadrati, præstantissimā signant formā: ideò hominem, laudis ergo, quadratum, cuiusmodi Herculis effigiem reddunt marmora, dicimus. vt quadrato vno teneantur caput, & pectus; altero corpus vsque ad pudenda; tertio coxæ; & quarto tibiæ, & pedes. & solæ scapulæ quadratum implent: vt vmbilicus sit medius, si manus eleuentur, aut extendantur. Idem arbor inuersa, solus ex animalibus dicitur: quod teneant in vertice capilli radicum vicem. ita vt corpus truncum; brachia, & furæ, ramos monstrent: et sicut terra arbores nutriuntur, ita homines cęlesti virtute nutriri decere, monstretur. In sui ipsius symmetriæ imagine exprimenda, laudem sibi ipse non mediocrem stylo, ferro, coloribus parat. Stylo in Graphica, è solis lineis, quæ dicuntur lineamenta; ferro in marmorum Sculptura, quam Plastices præit, (hanc Praxiteles matrē Sculpturæ dicebat) & Graphica; coloribus in Pictura: quæ cum in superficie exprimat corporum formas, cæteris indiget, ratione luminum, atque vmbrarum: & naturam, vbi deficit, perficit, vbi non deficit imitatur. A qua etiam pendet Architectura, in extruendis Aedificijs, Columnis, Templis, Vasibus, Tholis, Mutulis, & cæteris, quæ Architecti dicuntur arte constare. siue Icnographiam, siue Orthographiam, siue Scenographiam spectemus. Partu homo geminos rarò edit, & vix semel in anno parit. Infans edentulus lacte nutritur, annis duobus; post fari primo incipit, & voces discere; deinde septimo, ratione vti. adolescit vsque ad annum

Caput. Facies. Plastice. Sculpt. Pictura. Hominis Aetas.

annum vigesimum. consistit ætas, ad quadragesimum. decrescit deinde in dies, vsque ad interitum. dictus pro ætatis discrimine, Infans, Puer, Adolescens, Vir, Senex. Senectutem verò cum plurima ex animalibus cæteris, assequantur suam; solus raro eo pertingit: cum omnibus ætatibus instet, atque subrepat mors. ideò solus ex omnibus, quibus datum est viuere, proprio quodam iure, mortalis dicitur; quo etiam Homerus nomine, in eo exprimendo, libenter est vsus. ac dum viuit, crescit, decrescit, alteratur, valetudine bona, vel mala; aut macie; aut pinguedine. Ipsaquè quatuor Elementa, ita in eo vno compacta sunt, vt præ cæteris omnibus, sensu polleat, doleat, gaudeat, fletu, risu: & prætenuis carnis attactu, facile tum calore, tum frigore angatur. præter grauia, & leuia, aspera etiam, & lenia sentiat, ideòquè vnus ipse sibi, quibus nutriatur, atque tegatur parat, artibus in id plurimis comparatis. Ac quod ad singulas eius corporis partes attinet; sphericum caput, in quo omnia sentiendi organa sunt; duobus hinc inde oculis; duabus hinc inde auribus; sub vno vertice, quid sint sub, & supra, ante, & retro, dextrum, atque sinistrum docet. fortiorem enim dexteram, debiliorem sinistram corporis dicimus partem. Caput.

Os quo ad vitæ conseruationem, manduntur cibi, tactu saporum differentias, inter dulce, & asperum sentit, nullo medio; ideò tanquam minoris præstantiæ, auribus, oculis, naribus substat; & cordi, aut corpori seruit, non menti. Nec cibum per se os in homine, sicut in cæteris sumit: sed manu eleuatum: vt tanquam de Cœlo homo sentiat se nutriri; cum sola alui vilia purgamenta in imo, terram versus subsidant: vnoquè ore, æque corpus, atque anima fulciuntur ambo; cũ ore formatis verbis, ratio, qua vna animam scimus nutriri, exprimatur. Os.

Lingua per medium discissa, dexteræ, ac sinistræ partis, imum in capite monstrat vestigium; quod nares in prominenti naso, distinguunt magis; sed penitus oculi, atque aures; quæ tanquam ex diametro sibi respondent. Lingua. Nares.

prominẽtes verò ori nares, quarum est, de odoribus sententiã ferre sunt, vt si sit ingratus odor, os cibũ respuat; si gra- Odorat.

 tus

tus attrahat; & ſaporum ſint odores, tanquam prænuncij. ita fit, vt cũ odoratus per ſe guſtui ſeruiat, vtriuſque differẽtias pene ijſdem vocibus exprimamus. & ad cerebrũ, vis odoratus, ſicut ad Cor, vis guſtus, pertingit. nutriendo igitur corpori, ſunt guſtus, atque odoratus: animæ nutriendæ viſus, atque auditus. Et ad inſtar ipſius vitæ, oculos (quod ſupra diximus) amandos natura animaduertit, dum oſſibus ſupercilijs, pupillis, ſubditos tegit, ſeptem pelliculis tanquam totidem planetaribus orbibus, ſuo in vuea epicyclo, ad lumen in animam inſtillandum. Ij, media luce, Cœlum in ſe ipſos, concauos conuexi reflectunt. conuexi verò oculi, concauæ ſentiunt aures; Oculi tanto magis, quanto res magis quieſcunt, aures tãto magis, quanto magis mouẽtur. & oculis locum, auribus tempus metimur: oculi ſuam vim emittunt, aures excipiunt alienam. in anteriori parte oculi phantaſiam primo adeunt, atque explent; memoriam ad latera aures: vt tanquam per rectam lineam fieri appareat viſus: tanquam in circulum auditus. ideò præſtantiſſimæ omniũ ſũt artes, quæ colores, & ſonos tractãt. vt colores, cor recreent, ſoni cerebrum. & ideò qui viſus artibus præſtant, in Muſicis ſunt ſegniores, & contra. Quibus animaduerſis, facile inducimur vt credamus, Guſtum terreum, Odoratum aqueum, Viſum aereum, Auditum igneum. & eadem omnia, æqua ſibi reſpondere proportione. Sentiendi igitur inſtrumentis, ad hunc modum ornata hominis facies, tantum cæteris, animalium cæterorum præſtat, quantum à cæteris animalibus diſsidet omnibus homo. Quique in eius perſcrutatione inſtant, Phyſiognomici dicti, conijciũt à virtute degeneres animos, in eorũ animalium naturas, ſeu paſſiones pendere, quorum ſimilitudinem referunt, vultu toto, aut aliqua eius parte. vt facies hominis, ſit quodammodo totus homo. ideò niſi de facie cognoſcamus, vix dicimur quemquam cognoſcere. ideòq. quorum nolumus cognitionem perire, vultus imagines ad viuum expreſſas, ſtudiosè ſeruamus. Hominis verò erectum corpus, tanquam fornax, ad fouendum calorem in vitæ vſum conſtructum; coſtis tanquam

Viſus. Auditus.

Sentiẽdi paſſiones.

Phyſiog.

Hominis Corpus.

quam aggeribus constipatum, ac circumseptum; osseo pectore, atque dorso, tanquam totius caloris conditorium, atque emissarium; in anteriori parte, intra pectus, Cor continet, sanguinis fontem; mucronis forma; inferne acutum: quod venas per totum corpus, ad calorem, vna cum humore fouendum emittit; ac præsertim cerebrum versus, ne id segregatum à corpore, frigiditate nimia rigescat, in vitæ damnum. sicut cótra cerebrum, frigidum humorem immittit, ne nimio æstu tabescat cor. vt opponantur quodammodo non tantum loco, sed etiam virtute cor, atque cerebrum. Cor actiuum, calidum, atque siccum; cerebrum passiuum, frigidum, atque humidum. ideò est dubitatum, quæ ex duabus sit animæ sedes constituenda; Cor primum in generatione cum sit; cerebrũ in operatione: cum certum sit eandem animã in corde sentire, in cerebro ratiocinari. Cor igitur in pectore situm est, ad arteriæ fissuram, pulmone septũ, prope stomachum, seu ventriculum, vbi primo ore mansi cibi recipiuntur; & calore propinqui cordis ebullientes, pars in carnem, ossa, neruos euadit; pars crassior, & inconcocta descendit in intestina; siccior in ventrem, humidior in vessicam. Nec sicut in cæteris animalibus, in homine Cor medium tenet pectoris locum. cum enim dextera pars natura, ad calorem propensior sit, vrgente aliquantulum stomaco, in sinistram commodè vergit. Et pulmone tanquam tentorio, ac ventilabro, (ideò enim Græcis est πνεύμων,) circum datum cor, aere, per arteriam, cui suspenditur, temperatè attracto, calorem spirat, respirat, peruijs foraminibus, ex ipsius cordis triplici sinu. eodemque spiritu, per arterias minores, venarum similes, cordis palpitatione, cit pullum; è cuius sistole, atque diastole coniectant Medici valetudinẽ. Arteria verò maior, per quam spiritus sursum, deorsum tendit, per anteriorem colli partem subtensa; gutturis nomine, duo agit; aerem attrahit, & vocem edit. Gula enim cibi, & potus via altera in ventrem est, intima. & quod ei est glutiendum, lingula iuncta postremæ linguæ, obstructo gutturis ore, facit ne illo illabatur. Colli verò posterior pars

Cor. Cerebrũ Stomac. Cibus. Pulmo. Arteria. Collum. Guttur. Gula. Lingula. Ceruix.

Inteſtinū pars neruoſa, Ceruix. E Stomachi orificio, ad dexteram craſſior ſubſtantia, in ſubditum inteſtinum flexuoſis orbibus

Omentū conſtipatum egeritur. inde ad maiorem ventrem, ſeu aluum, ad ſedem porrectum, tranſmittitur. A medio ventre pendet Omentum: pinguis membrana. Super inteſtina ſimili

Lactes. Venæ. modo lactes poſiti, ex venis maioribus pendentes, latiori membrana pingueſcunt, venaſquè deferunt ad inteſtina. id verò omnium viſcerum præcipuum eſt officium, venas in earum itineribus penſiles ſuſtinere; vt tranſmitti ad ſingulas

Renes. corporis partes poſſint, forma, vt plurimū bipertita, ſic exigente totius corporis (vt diximus) conſtitutione. partibus hinc inde coeuntibus, exceptis renibus. ita cor tuberato mucrone in duas findi venas maiores videmus; ſicut etiam

Iecur eſt hepar Græcis. Lien. Fel. ipſum cerebrum. Iecur, tanquam craſſioris ſanguinis concretio, & ſedes, ad partem dexteram venas excipit, ac diſtribuit. & ad lęuam quaſi iecur adulteratum Lien. Iecineri, tanquam excrementum adhęret Fel: quod ideò eſt amarum, & ferè in oppoſita parte naturam explet. Sed craſſiori ſubſtantia, ventri, qua omentum obducitur, adnexum; forma oblonga, & integra. cum Iecineris ſit rotunda, & bipertita. vtrunque alteri ex maioribus venis, quæ inde ad renes contendunt, affixum. Renes hinc inde, ſine ſanguine, iuxta ſpinam, adhærent lumbis. pinguedine, ratione caloris, obducti. Qui ad leuam, paulò eſt inferior, atque ſiccior. omnes in ſe meatus vtrinque abſumunt. non tamen concreſcunt, ſed exiguo ſinu, vrinam ad veſicam demittunt;

Veſica. ideò fœtent. nulla tamen eorum eſt naturæ neceſſitas. Veſica, humidi excrementi conceptaculum, ex renibus dependens, ratione pulmonis neceſſaria eſt. Cor, & pulmonem à

Septum tranſuer. reliquis inteſtinis, diſterminat, quod dicitur ſeptum tranſuerſum, ſiue Præcordia. prohibet enim ne quid mali exhalatione cibi, aut potus cor patiatur. & parte ſui carnoſiore adnectitur coſtis. media membrana tenuis eſt, ne ſi eſſet craſſior, vaporem exciperet, aut traheret. hæc vna titillata cit riſum; denſa, ſed ſine carne, aut ſanguine. Et cum viſcera omnia tueantur membranæ; duæ tamen, altera, quæ

cordi

cordi, altera quæ cerebri est, cæteris præstant. Intra humanum corpus hæc ferè sunt, in quibus naturæ solertiam, ipse homo in se ipso admiratur. Extra, in anteriori parte apparent Thorax, seu Pectus; Axillæ, Mammæ, Vmbilicus, Radix ventris, Venter, Fęmora, seu Ilia; Penis, seminalia vasa, in fœminis Vulua, Podex, imus venter Inguen. In posteriori parte, pone pectus, dorsum; eius partes Scapulæ, seu Spatulæ, quæ Collo iunguntur. in Humeris, Spina, Lumbi, Nates, Anus. Ipsis humeris, brachia vtrinq. adhærentia, manibus finiuntur. brachij partes Lacertus, Agilis, Gibber, Cubitus. Manus pars interior, Palma, seu Vola; esterior nomine caret. manus digiri quinque, ad quorum rationem numerorum seriem dictam, diximus supra. Digiti nodis, seu articulis inflectuntur. internodium Os. Primus digitus Pollex dictus, cæteris breuior, sed crassior, & robustior. cæteri Index, Medius, Anularis, Auricularis. Pollex vno inflectitur nodo, ad robur; quatuor enim reliquis prensando opponitur, iisquè æquipollet. cæteri binis nodis. Brachiale iunctura manus. Carnosa Vola est, vt minus prensando dura, quod suum est, lædatur. Exterior ossea, & neruosa. ponderibus substinendis. Vngues in extremis digitis, tum ad decus sunt tanquam gemmæ, tum etiam ad robur, atque tutamen. Flexus brachiorum in partem anteriorem aguntur, tum ad cibum ori admouendum, tum ad cæteros vsus. Et sicut in summo Corpore, lacertum, & agilim iungit Cubitus; ita in imo Coxam, & Suram Genu, seu Poples. carnosiores hæ quam brachia partes, vt firmius corpus erectum fulciant; sed pedes, sicut manus ossibus, & neruis plurimum constant, vt ad motum sint leuiores. nec digiti longi in pedibus, ne vis disgregetur, & firmius tanquam bases hæreant, & moueantur; hemicyclica specie. cum tamen quæ manuum, eadem ferè pedum sit longitudo. Cruris fœmur biceps. quod orbiculatum foris adiectum, Mola. gemino osse subiacet Tibia. prior pars Ocrea, posterior Sura. inter crus, & pedē Malleolus vtrinque eminet; ad modum, quo aures in capite. Pedis pars posterior Calx;

Pars anterior. Pars posterior. Brachia. Manus. Digiti. Vola. Vngues. Genus. Pes. Crus.

quod

quod in manu Planta. & quod carnosum, solum premit, vestigium. At totius corporis bonum, est ipsa Valetudo, & valetudlnis robur. Corporis, duodecim tanquam partes, duodecim Zodiaci signis subditas ab Astrologis mutuati. Medici putant. ita dicunt subesse Caput Arieti; Collum Tauro; Brachia Geminis; Pectus, & Stomachum Canchro; Cor, & Hepar Leoni; Intestina Virgini; Ilia, seu Fęmora, Renes, & Nates Libræ; Pudenda, Scorpioni; Coxas, Sagittario; Genua, Capricorno; Crura, & Tibias Aquario, Pedes Piscibus. Sed circa Hominis corpus cæteris prætermissis; cum quantum cæteris viuentibus præstet appareat facilè, nunc de eius animi præstantia, locus monet, vt disseramus. Quod solus ex omnibus animalibus numeret homo, dicimus hinc Animæ præstãtiam colligi; cum sit ex Platone dictus diuinum quid, numerus; quod eo tum Cęli, tum ipsa anima constare videantur. At Intellectu numeramus; Intellectus igitur videri potest animæ humanæ sedes; ideò Intellectu, non sensu viuere hominẽ decet, nisi vita ad brutum vergat, quod est diuinam sui præstantiam amittere, & ire in malum, ductore appetitu; ideò Appetitum coercere, Virtus hominis est pręstantissima. Virtus verò laudatissimus finis: cuius est in cæteris extra hominem, vix vmbra quædã. Appetũt cætera animalia quod vitã fouet; respuũt, quod lędit. Homo solus, virtutis amore, nisi desipiat, profundit, libenti animo, si ita res exigat, vitam. Virtute igitur præfulget hominis anima, duplici; altera quæ intellectu; altera quæ voluntate constat. Intellectu Ars, Scientia, Sapientia, atque ipse per se actu Intellectus. Voluntate, Fortitudo, Temperantia, Prudentia, Iustitia. Illis enim Intellectum, his voluntatẽ dirigimus. vt æque pessundentur ignoratio, atque malitia. Artem frequentatis actibus facit experientia; Scientiam, rerum cognitio per causas, Sapientiam, Principia suis limitibus distincta, & spectata, Intellectum rerum plurimarum compositio in vnum, faciunt. Quæ voluntate constat Moralis dicitur virtus, vel quod morari in hac vna perpetuò deceat hominem; vel quod solo diuturno vsu

Animæ præstan.

Virtus Intellec.

Appet.

Virtus.

Virtus Intellec. Moralis.

Ars.

Dolor Volupt.

no vſu paretur: non enim facile eſt, niſi longo vſu, dolores, ac voluptates, quod moralis ipſius virtutis eſt, frenare. Dolor, & Voluptas paſſionum omnium capita, ſunt: quæ ſi vehementius inuehantur, Affectus dicuntur. Appetitu animali, dolorem quemcunque reſpuimus, voluptatem quãcunque ſectamur. Virtus, ſeu rationis praxis in Intellectu, nec omnem eſſe reſpuendum dolorem, nec omnem voluptatem amplectendam docet: nec de præſentibus tantum quemquam cum virtute, aut dolere, aut gaudere, ſed etiam de præteritis, & futuris. de præteritis odimus, atque amamus; de futuris timemus, atque ſperamus. vt inter amorem, & odium; ſpem, & metum; morali virtute, voluptas, & dolor, tanquam freno ſolius rectæ rationis ductu in bonum, coerceantur. nec niſi homo coercet: quod cæteris animalibus ad virtutem defectu rationis, non ſit facultas. Ea enim omnia, vni homini vſui ſunt, cum vnus ipſe, ſit vni ſibi. ideò eius naturam, Ariſtoteles in omnibus ſeruam dixit. ideò Deus, homo homini, ſi iuuet; Lupus, ſi noceat, Prouerbio à Græcis fertur. nemo enim hominum ſibi ſufficit: ideò quanto magis quis cæteris proſpicit; tanto magis ſibi virtutem, & laudẽ parat. Laus quippe inter bonos, Laus, virtutẽ perpetuò comitatur. Et ex quatuor moralis virtutis, quas Plato aſſignauit, limitibus; Fortitudo Metum regit, & ſedat; Temperantia Amorem; Prudentia Spem; Iuſtitia Odium. vt Fortitudo, & Temperantia, tanquam moralis boni materia videri poſſint; Prudentia, & Iuſtitia, tanquam forma. Fortitudo in metu dolorem reprimit: Temperantia in amore voluptatem. Iuſtitia in præteritum tempus, Prudentia in futurum animaduertit. licet etiam Prudentia ex præteritorum memoria fiat, & Iuſtitia etiam in futurum conſulendi gratia, proſpiciat. Sed ſicut nec Fortem, nec Tẽperantem, nec Iuſtum ſine Prudentia quemquam quis dixerit; ita nec fortem, temperantem, prudentem, ſine Iuſtitia. ideò in Iuſtitiæ complexu omnes morales virtutes teneri, dixit Theognides. vt ſicut ſe habent aer, & ignis in rerum natura, ita ſe habeant etiam in hominis virtute Iuſtitia, &

Odium. Amor. Metus. Spes.

Homo ſibi ſeruus

Prudentia. licet Fortitudinis, & Temperantiæ in corde ſedem; Iuſtitiæ, & Prudentiæ eſſe facile credamus in intellectu. Cumque moderatione conſtet virtus, vt videndum ſit in omnibus, quod Bias, ne quid nimis, patet omnem moralem virtutem aliquo medio conſtare. ita ſicut Epicureorum nimius, ita Stoicorum nullus ſenſus, à virtutis medio, ambo æque cadunt; tum ſuſtinendo, tum abſtinendo: cum & vim vi repellere, & gratiam gratia redimere naturæ ductu, iubeamur. ac vim vi repellimus, dum iniuſtè illatas inimicorum propulſamus iniurias; gratiam redimimus, gratia, dum amicorum beneficium beneficio, aut officium officio ſarcimus. Amicitiam igitur inter bonos ſpectat moralis virtus, vt & in actione prorſus verſetur tota; & vna quodammodo virtus, Fortitudo, Temperantia, Iuſtitia, & Prudentia ſint; cum vnus ſit vltimus omnium finis, & vna forma. Fortitudine, & Temperantia, cum ſuſtinere, & abſtinere doceamur; integra non ſtat virtus. non enim non afficere quemquam iniuria, ſat eſt virtuti; cum neceſſe etiam ſit cæterorum bonum, quantum cuique licet, curare. Ideò integrã virtutẽ Iuſtitia & Prudentia cõplent; quod ſit prouidere alterius, alterius præuidere: Iuſtitiæ prouidere ne mala obſint; ne bona deſint: Prudentiæ præuidere, ne quid in futurum, progredienti virtuti, ſeſe obijciat, coniectando futura. Ita cum ratione proportionum ſtare virtutem, certum ſit, quo reſpectu Iuſtitia commutatiua, atque diſtributiua dicitur; ſeu Arithmetica, & Geometrica: prior quæ æqualibus æqualia; poſterior, quæ inæqualibus inæqualia tribuit; facilè, qui paulò acutius intuentur, vident, nec Iuſtitiam à Prudentia, nec Prudentiam à Iuſtitia, intellectu poſſe diſcindi. nec enim Iniuſtus quiſquam Prudens; nec Iuſtus Imprudens. Quis item Fortitudinis, aut Temperantiæ laudetur, ſine Iuſtitiæ, aut Prudentiæ laude? Ideò tanquam virtutum virtutem, Ariſtoteles, inter habitus Intellectus Prudentiam recenſuit: vel quoniam medium, quod tenere cæteræ virtutes tenentur, Prudentiæ ſit indagare. vt in Intellectu, ſicut in ſenſu eſt, omnis circa medium

Amicitia

Iuſtitia duplex.

appa-

appareat labor cognitionis . ideò medium tenuisse beatos, Poeta dixit. Fortem igitur Temperantem, Prudentem, Iustum, tanquam vndique quadratum, atque perfectum hominem esse conuenit; sibi in omnibus constantem; vt nec timor, nec Amor, nec Spes, nec Odium eum à recto, seu à vero virtutis medio dimoueant: nec vllo modo, Timor Fortitudinem, Amor Temperantiam, Spes Prudentiam, Odium Iustitiam polluant. Quatuor verò sunt quæ hominis animum non rarò excæcant, & passiones de loco mouent, specie boni appræhensa; Vita, Diuitiæ, Virtus, Honor. hæc homo præter æquum appetens, dum se putat in bonum tendere, in malum, atque in perniciem properat. nisi verò eum æquitas fallat, sentit tandem optimè secum agi. Vitam à Natura, Diuitias à Fortuna, Virtutem à nobis ipsis, Honorem ab alijs putamus esse. Et Vitam Tempore, Diuitias loco, Virtutem motu, Honorem quiete finiri. Vitæ adnectimus corporis bona; Valetudinem, Proceritatem, Decorem, Elegantiam: quoniam hæc à Natura tanquam Dei ministra, creduntur dari. Diuitijs: quæ à Fortuna dicuntur; quod nullo sæpè consilio obtingant; & in dies permutentur præter intentionem, atque rationem, in vitæ ipsius bonum; cum diuitijs vita nutriatur, sicut non rarò vita diuitias parat; ideò enim dicimus fortunæ quemque suæ fabrum esse; adnectimus Amicitias, hominum beneuolentiam; Genus, Patriam. Virtutem dicimus animi robur, vsu assiduo à nobis ipsis comparatum, in vitij fuga: adnitentibus tum Intellectu in Verum, tum Voluntate in bonum. vt ideò ipsa vna merito dicatur fugientes fugere, quærentes quærere. Honori, quem aliunde tributum omnes in nobis ipsis amamus, Laudem adnectimus, & nominis propagationem. in qua plerique omnes putamus nos ipsos etiam post mortem viuere; & tunc plurimum honorari, cum cæteri sponte, virtuti nostræ existimationem contribuunt suam. virtuti enim iure suo debetur honor. vt si naturæ, aut fortunæ tribuatur, tanquam sterili consitus terra, cito in iacturam arescat. si verò non noua sit, sed à maioribus virtus hære-

Vita. Diuitiæ. Virtus. Honor.

ditata, censetur etiam potiori iure, honorem sibi tributum
Nobilit. fouere. & hæc honorum in virtute series, Nobilitas vocari solet. cuius etiam creduntur adolescentia, virilitas, senectus, interitus. cum Familias videamus interire in dies, iam diu effętas, & nouas prodire earum loco, in lucem. Vt verò
Aeconomia. laudis, in Familijs, ad honorem, quem Fama consequitur propagandum igniculi excitentur in dies, & conseruentur, oportet legibus stare Familiæ societatem. Cum enim nemo per se sibi sufficiat, ac sibi vni viuere, vix quisquam cum virtute, ac ne vix quidem possit; natura instigante, seu potius monente Deo, factum videmus, vt in familias homines conueniant, ratis proportionibus; & dum suo quisque loco se continet, moralis ipsius virtutis in singulorum bonum, resonet harmonia. Quatuor igitur differentijs, sicut de cæteris diximus, in virtutis harmoniā, familiam conuenire necesse est, extremitatibus duabus, medijs duobus. Ideò perfecta ex Aristotele familia dicitur, in qua Oeconomiæ, seu Familiaris disciplinæ; tanquam Elementa sint,

Seruus, Filius, Vxor, Vir.

Seruus. Seruus, qui nulla sanguinis propagatione, aut affinitate; sed, vt sibi in indigentia sub diuitum cura prospiciat, ditioris imperio se, nisi vi, spōte subijcit, atque in familiam componit. vt quæ manuum, aut pedum labore, liberum hominem non decet facere. in familiæ bonum, seruus faciat ad id adscitus; ingenio in Domini voluntatem composito.

Filius. Filius, rei familiaris futurus hæres, tanquam in id genitus, atque educatus; seruili conditione proximus in pueritia, sub Parentum potestate; ad eorum legem, nisi deuiet, animum comparat: vt sicut fortunarum, ita morum sit hæres; ipsis possit senescentibus gratiam referre; & vita functorum, pijs munijs fouere memoriam.

Vxor. Vxor, cui stat liberorum in infantia educatio, & rei familiaris cura, à Viro quæ sunt in communem vsum coaceruata, pro suo munere custodit, vt ad viri præscriptum dispenset in vsum, pro cuiusque conditione: Viro, in commune bonum adstans, facultate ab eo quam minimum discrepans.

Vir

Vir, qui tanquam clauum in naui, in Familiæ gubernaculo imperium tenet; vt satis officio suo faciat, de amplificanda re familiari, aut certè conseruanda, laborat; multo magis de Vxoris, & Filiorum virtute, quos exemplo, potius quã verbis docere expedit; ita facilè sibi honorem, & beneuolentiam comparat, & libenti animo familiares facit sibi audientes. ita custodita singulorum in Familia virtute, cum quisque sentiat sibi consultum, facile alterius indulget commoditati: & propriam per se diffusam, alterius adminiculo sarcit quietem.

Familiæ verò similis, ex Familijs ipsa consurgit Respublica; pro maiori, ac minori Familiarum numero, maior, & minor. Eius conseruandæ Politica dicitur disciplina. Licet enim, ij qui eiusdem sunt loci, amore teneri natura dante, soleant; quod ab incunabulis, iisdem legibus, ac moribus sint assueti, & quæ suis laudantur, laudare, improbare quæ improbantur; ac pulchrum reri prò patria viuere, & mori; quoniam tamen sensu semper vergente in malum, non facilè toleramus inæqualitatem fortunæ, inter natura æquales; licet virtutis munus videatur, plus cæteris quam sibi prospicere, vt mutuæ charitatis complexu ciuium beneuolentia fulciatur, quod Platoni in instituenda noua Republica præcipuum fuit; nos tamen ipsi nobis ipsis prospicere tenemur, omni prorsus conatu, ne cæterorum peruicacia prosternamur, ac pessundemur. ita fit, vt ciuilem virtutem, tanquam dilaceratam, & in angustijs exanimatam miserorum omnium consensus deploret. Tanto malo vt medeantur, leges sunt constitutæ, quarum ope cuique tribuatur, quod suum est, paratis vndique in bonum præmijs, in malum pœnis. Leges verò Principis sapientia ponit, Iuris prudentia custodit. Vsu terit ciuilis virtus, diuersa pro diuersis Ciuium conditionibus, in publicum bonum, cui vni tenentur omnes plurimum inseruisse. Cum igitur tanquam familia spectanda sit Ciuitas, aut Respublica; Ciuilis vitæ dicentur tanquam Elementa.

Artifex, Ciuis, Iudex, Princeps.

Respubl.

Politica.

Artifex. Vt ſit Artifex in Republica, quod in familia eſt ſeruus.

Ars. Ars habitus ex frequentatis conſurgens actibus, à Natura differt, quod eius principia in nobis ſint, naturæ principia extra nos. Et ars naturam, aut imitatur, vt diximus, perfectam; aut perficit imperfectam: ita enim in plurimis eſt comparatum, vt naturæ bona, vix in vſus hominum conuerti poſſint, abſque hominis induſtri labore: à quo artes ſunt. ideò dicitur experientiæ inniti ars, inexperientiæ caſus. vt

Caſus. caſus ſit quicquid præter intentionem agentis contingit. Arte igitur hominem viuere neceſſe eſt. ideò abſque Artificum ope Reſpublica ſtarę non poteſt. Et cum plurima ſint artium Rempublicam iuuantium genera; harum neceſſarius, harum non neceſſarius eſt vſus; hæ ſordidæ, hæ mundæ; hæ maiori, hæ minori corporis labore ſunt indigentes; vt his ipſis nominibus, præſtantiæ locum ſibi facere artes videan-

Agricul. tur. & Agriculturam ad Reipublicæ bonum præ cæteris pertinere, qui de ea ſcribunt, optimè monent. Ea enim dum ex terra fructus ad vitam nutriendam exhaurit, neminem lædit, omnes iuuat: nec eos tantum qui ſunt, ſed etiam qui

Mercat. ſunt futuri. Agriculturæ vtilitati prope Mercatura accedit,

Nautica. quę dum res ad indigentes tranſmittit, publicæ conſulit vtilitari. ideò Nauticæ arti non parum vbique innititur abundantia: cum non omnium rerum ad vitam facientium vbique ſit copia. Nec hos forſan artifices, quin potius Annonæ conſulentes dixerimus, cum extra Reipublicæ ſepta plurrmum degant, nec eorum opera, habitu videantur conſtare.

Ciuis. Ciuis in Republica, quod in Familia eſt filius; qui honeſtis rebus, & honori fouendo dat operam; munditijs, bonorum conſuetudini; & non niſi iuſſus publicis munijs libenter inuigilat; non lucri gratia, ſed honeſtatis. à qua recedere piaculum putat. honores ſibi aliquo merito tributos non auerſatur: ſed tanquam Reipublicæ membrum, in Rei etiam publicæ decus cuſtodit. Legum ipſarum Cuſtodibus ſemper dicto audiens. Principi obſequentiſſimus. cæteros Ciues quantum poteſt cumulat officijs, ac beneficijs. eorum ſimul-

simultates pro virili componit. animos omnium, quo maiori potest studio, sibi tanquam Reipublicæ mēbro, deuincit.

Iudex in Republica, quod in Familia Vxor; cui stat ipsa familiæ cura; litibus dirimendis, ac iuri tribuendo positus, Reipublicæ, ac Legum valetudinem incumbentem sibi, vt satis officio faciat suo, curat pluribus quot potest modis. nec se sinit ab Iustitiæ semita, in cuiusquam gratiam distrahi. nihil amori, nihil odio tribuit, nihil gratiæ. vt sartam tectam vndique vnam Iustitiam seruet, nullo prorsus discrimine. Ideò nec tanquam popularis, amicitijs vllam dat operam: solius legis, solius Iustitię amicitiam professus. Patienti animo adstans altercantium quærelis: nulla tædij, aut indignationis significatione, vultu, gestu, verbis: nisi quantum per se Iustitia exposcat; vt prorsus in omnibus præseferat publicam fidem: quo publicis muneribus, & popularium honoribus dignus habeatur, & sit. sibique similes habeat Ministros, Causarum Patronos, Actores, Notarios, seu Scribas. Iudex.

Princeps in Ciuitate, seu in Republica, quod in Familia est Vir; ius dicendarum vnus habet legum, earundemque permutandarum, quandocunque esse viderit opus facto: non in sui ipsius, sed in Reipublicæ bonum. Sicut enim Ciui, & Iudici; ita Principi publicum bonum spectandum est. cui vni omnes laborent, quisque pro suo munere, vnanimes, tanquam sibi. Nisi enim huiusmodi sit mens Principi; sed in se, aut in suos præter publicum bonum, adijciat animum, tanquam Tyranni præseferens specimen, merito in Reipublicæ totius odium incurrit; ac dedecori habetur. Boni Principis est publicam pacem fouere; Ciuium bona augere; nihil sibi arrogare; Satis sibi putare pro redditibus, ac pro census augmento, esse Ciuium beneuolentiam, & omnium inter se charitatem. liberalitate in omnes niti; libenter proemia, sed ægro animo pęnas, partiri: omnibus inuigilare, pauperes non aspernari; diuitibus non insidiari; ægre pati à se quenquam tristem abscedere: Ciues omnes de sua familia, & tanquam sibi affines arbitrari: ideòquē de eorum Princeps

malis

malis dolere, de bonis lætari: & malos ad bonam reuocare frugem, mansuetudine potius, quam iracundia; gratia, quam contumelia: pauperes à potentibus ne opprimantur curare. idquè vnum semper mente agitare, vt cuique ius suum in omnibus tribuatur. ne annonæ charitate plebs laboret adesse: ab omni quæstus suspicione se immunem seruare. pecunias in Reipublicæ vsum cudere: & in omnibus se prorsus Reipublicæ Patrem præstare.

Ita parua Reipublicæ apparet imago Familia: Sicut item Familię magna imago Respublica. quæ vnius etiam hominis effigiem redolere videri potest, si dicamus in ea Artifices, esse tanquam pedes, & manus; Ciues, Corpus, & Intestina; Iudices, Stomachum, & Gulam; Principem, Caput. Vt sicut Capitis vnius est cernere, audire, cibum in Corporis bonum sumere; & mente versare, corpori quod conducat, ita Principis animo, oculis, auribus ire in omnia, ne quid vllo modo patiantur detrimenti cætera membra.

Qua similitudine perspecta facilè monemur, vt credamus, vnam esse, eandemquè rationem corporis plura habentis capita, & Reipublicæ habentis Principes plures. Monstri enim hoc similè est. At quoniam quando plures in Republica, æqua eminent virtute, vt ius suum cuiquè tribuatur, nec desit virtuti honos; nec imperio apta, abdicetur virtus; nec spès cæteris euadendi occludatur; ideòquè tanquam desperatis rebus, turbas concitet Populus; expedire etiam videmus, vt plures imperent, quod hoc etiam, laboris tolerantiam, & patriæ libertatis amorem pariat. Hinc factum, vt triplicem Reipublicæ constitutam videamus formam, à Græcis Monarchiam, Aristocratiam, & Democratiam dictas. tanquam tres (quod est in fabulis) Themidis filias; Eunomiam, Diceosinin, Tirinin. Monarchia enim est ipsa

Monarc. Aristocr. vnius regia potestas. Aristocratia Optimatum; quando solis Nobilibus, bonis artibus instructis, & honestatis sectatoribus, ipsa stat gubernandæ Reipublicæ cura. Democratia

Democ. Populariuм; quando etiam de Plebe assumuntur ad Magistratus. Democratiam ferunt plurimum Arithmeticis

propor-

proportionibus stare: Aristocratiam Geometricis: Regiam Harmonicis:ideòquè Aristocratiam Policleti inflexibili norma signari; Aristocratiam flexibili Lesbia; Regiam vtrisque. hæc enim vna Policleteæ rigorem, & Lesbiæ flexibilitatem tanquam præstantissima temperat, & componit; vt pro re nata, per se dirigi, flexa, atque non flexa possit. Cumque Deus à Platone dictus sit Geometram agere, tanquam Aristocraticus, quod pro cuiusque merito præmijs, aut pœnis Iustitiæ facultate vtatur; Vnus tamen, præstantissimo prorsus modo, Regia præditus potestate, gratias etiam in immeritos tribuit, (quod hominibus non est datum,) nullo integræ Iustitiæ damno. Homo igitur, quod nobis demonstrare propositum erat, siue eius Corpus spectemus, siue Animam; siue in Familia, siue in Republica; sicut cætera omnia, quatuor vndique tanquam Elementis, suam custodit pro virtutis integra valetudine, proportionem. vt ipsa virtutis humanæ proportio, sit ea ipsa, qua dictus quondam est Amphion saxa trahere, & Thebas condere. Iam verò (vt dicto stemus) Medicinam aggredimur.

De Animalibus Scriptores extant insigniores.

Aldrouandus.
Apuleius.
Aelianus.
Apicius.
Aristoteles.
Benedictus Iouius, de Piscibus.
Callimachus.
Decius Ausonius, de Piscib. Musellæ.
Odoardus Vuottonus, de differentijs Animalium.
Epiphanius Episcopus, de Animalium natura.
Franciscus Massarius, de Aquatilibus.
Gulielmus Rondelitius, de Aquatilibus.
Olympius Nemesianus, de Piscibus.
Oppianus Halieutica.
Paulus Iouius, de Romanis Piscibus.
Petrus Bellonius, de Aquatilibus.
Petrus Gillius, de Piscibus.
Plinius.
Publius Ouidius, Halieutica.
Theophrastus, de Piscibus.

De Agricultura, & Fabrilibus.

Antonius Mizaldus.
Augustinus Gallus.
Carolus Stephanus,
Columella.
Constantinus Cæsar.
Corradus Heristarchius.

Geoponica.
Ioſeph Falconius.
Io: Vincentius Soderinus.
Io: Baptiſta Porta, Pomerium.
Marcus Cato.
Marcus Varro.
Palladius.
Petrus Creſcentius.
Petrus Victorius, in Varr.
Pomponius Fortunatus, in Columellam.
Theodorus Zuingerus.
Virgilius Maro.

De Arte Nautica.

Aurigarius.
Iulius Pollux.
Lazarus Bayfius, de Re Nauali.
Leuinius Lemnius, de Pixide Nautica.
Petrus Gargias Pilotas.
Petrus de Medina.
Petrus Nonius.
Nauigationis tria Volumina.
Speculum Nauticum.

De Pictura, Sculptura, Architectura, Graphica.

Albertus Durerus, de Symetrijs.
Albertus Pighius.
Gregorius Comaninus.
Gabriel Paleottus, de Sacris Imaginibus.
Georgius Vaſarius, Vitæ Pictorum Illuſtrium.
Ioannes Paulus Lomazus, Pictor.
Leo Baptiſta Albertus.
Pomponius Gauricus Sculpt.
Raphael Burghinus.
Sebaſtianus Serlius.
Vitruuius.

De Iconibus.

Antonius Zandanus.
Gulielmus Coul.
Antonius Auguſtinus.
Aeneas Vicus.
Promptuarium Iconum.
Iacobus Strada.
Icones Illuſtrium Virorum.

De Ethicis Scriptores præ cæteris extant.

Ariſtoteles Ethica, Oeconomica. De Virtutibus Libellus; Magnorũ Moralium. Ad Theodectem. Ad Nicomacum. In eum,
Albertus Magnus.
Auerrohes.
Alexander Aphrodiſæus.
Aſpaſius.
Boetius.
Chryſoſtomus Iauellus.
Donatus Acciaiolus.
Euſtatius.
Georgius Pachomerius.
Io: Argyropilus.
Io: Bernardus Fęlicianus.
Michael Epheſius.
S. Thomas.

Præte-

Præterea Moralia pertractant.

Cælius Calcagninus.
Franciſcus Piccolominæus.
Georgius Foreſtus.
Gherardus Odo,
Gulielmus Pariſienſis.
Hermolaus Barbarus.
Iacobus Faber.
Ioannes Buridana.
Marcus Tullius Cicero, de Offic.
Petrus de Spira.
Plato.
Plutarchus.
Petrus Victorius,
Philippus Mocenigus;
Polidorus Virgilius.

De Politicis.

Antonius Montecatinus.
Antonius Scainus.
Ariſtoteles.
D. Auguſtinus, in lib. de Ciuitate Dei.
Geneſius Sepulueda.
Iuſtus Lipſius.
Plato.
D. Thomas, de Regimine Principum.

MEDICINA.



EDICINAM, tanquam quid prorſus diuinum, ipſi Adamo Dei munere, Hebræi reuelatam fuiſſe produnt. Græci Apollini tribuunt. ab eo ad Aeſculapium filium manaſſe: atque inde fuiſſe in genus Aſclepiadarum, vſque ad Hyppocratem propagatam. Is in artem apud Græcos primus creditur redegiſſe. & honoris ergo τῶν ἰατρῶν παῖς. Medicorum filius eſt dictus. Aliqui Mercurium eam Aegyptios docuiſſe ante Hyppocratem: ideòquè ei Igieam nempè ſanitatem, coniunctam ferunt. Iſidem ibi, & Orum filium docuiſſe. Cadmum, Tyrij primum ſuccos herbarum expertum, monuere. Aliqui, Chyronem Centaurum, Saturni filium. Oſirim etiam, ſeu Apin in Aegypto, ferunt,

quod plurimis medendo ſaluti fuerit, inter Deos relatum, eundē Serapim, atque Aeſculapium dictum. & eius imaginem nodoſo baculo innixam, dracone adſtante, indicare medico cum venenis rem eſſe; nodoſo, nempè difficili niſu. aut draconem appingunt, quod herbam, qua is vitam reſtituit Glauco, anguis attuliſſe feratur. Et Aeſculapiū dicunt, ideò ictum fulmine, ne Dijs æqualem ſe præſtaret, mortalis homo. Poſt Hyppocratem plurimam Medicinæ attulit lucem Galenus.

Et ab eximendis venenis eam dictam, ipſum Græcorum ἰατρικὴ nomen indicat. Nos Medicinam tanquam medij inſpectricem vocamus. Cuius tanquam Elementa ponimus, Aegrotum, Aegritudinem, Medicum, Medicinam, quibus bene ſpectatis, nihil in diſciplinæ cognitione ſpectandum ſupereſt.

Aegrot. Aegrotus igitur videndum primo qui ſit, qui ante ægritudinem fuerit; quo loco, & tempore natus, & educatus. mas, aut fœmina; qua ætate; quibus paſſionibus natura præditus; quæ in eo complexio Elementorum appareat. craſſus, an gracilis; pinguis, an macer ſit; puer, an adoleſcens; vir, an ſenex; an valetudinarius, an robuſtus; iracundus, mitis, lætus, mærens; negocioſus, an ſegnis. num rerum ſpeculationi addictus; num opinione aliqua deturbatus malè ſentiat; ingenio perſpicaci, vel rudi; nobilis, an de plebe; labori, & ærumnis aſſuetus, an delicijs. Parentes, filios, vxorem, amicos, ſi habet, quales habeat; vbi primum ægrotauerit, qua diei, aut noctis hora. quibus noctibus ſenſerit ægritudinem; rigore, calore: an quieuerit, an quieſcat, an doleat, vbi, & quando. an appetat, & quid; cibum, potum, egeſtionem, quomodo cubet, quomodo dormiat; an ſentiendi ſit vis imminuta. an vox attenuata, an vires deſtitutæ, aut proſtratæ; an delirio laborauerit, aut laboret; qualis guſtus, lingua, auditus, facies; an ſtupor, horror, rigor, conuulſio appareant; qui obtutus; color; an ſternutet, tuſſiat, oſcitet; quæ ſit narium pituita, qui ſudor, qui color in vrinis, qui motus in pulſu. An ſint, qui ei diligenter inuigilent. Hæc ferè

ſunt

ſunt in ægro curando ſpectanda, ægritudinis, & curationis, indicia.

Aegritudo eſt malus, valetudinis, ſeu viuentis corporis habitus. qui vel circa cutem, oſſa, & carnem eſt, tumore, vulnere, liuore, fractura, conuulſione, luxatione, vulnere; vel in viſceribus. Circa cutem, & oſſa Chirurgia laborat. Circa viſcera, qui Phyſici dicuntur, quod in Phyſicis rationibus oporteat inſtructos huiuſmodi eſſe. in viſceribus enim, ſeu fibris naturalium qualitatum intemperies, morbos creant, qui febres ideò quod ſint in fibris dicuntur: ægritudines, quod qui eas habēt, præ cæteris egeant. Aegritudinum, ſeu febrium plura, tum ratione durationis, tum vehementiæ, ſeu temporis, & motus, ſunt genera. ratione durationis dicuntur continua, & intermittens. Continua, vel longi temporis tenuis; quæ ideò Cronica, ſeu Aethica dicitur; à paſſione hepatis manare credita: vel breuis temporis vehemens, & putrida; à paſſione cordis, & ſanguinis inflammatione, exceſſu ignitæ flauæ bilis. Dicitur Ephimera, quæ eſt vnius diei. Quotidiana, quæ ſingulo quoque redit die, exceſſu choleræ aereæ. Quando dies vna intercedit, tertiana; exceſſu phlegmatis aquei: Quando duo, quartana; exceſſu atræ bilis, terreæ dicuntur. vt etiam in valetudinis intemperie, ſint ratæ proportionum, quas quærimus rationes. Quin cum naturalis dies in horas viginti quatuor diuidatur; vt Sol emiſphęrium vnum compleat horis duodecim, fit vt in quatuor partes] facta diuiſione, ſex ſingulis humoribus horæ competant. & à primo mane vſque ad meridiem flauæ bili, tanquā reuiuiſcente natura, tribuantur: à meridie ad veſperam choleræ: à veſpere ad mediam noctem phlegmati: quod reliquum eſt, atræ bili. tributis etiam humoribus ſingulis in gradus quatuor.

Aegritudo. Chirurgia. Febris.

Totius etiam ægritudinis quatuor tanquam gradus ſignantur. Principium, Augmentum, Status, Declinatio. Principium indicant cruditates: Augmentum, acceſſionis anticipatio, longitudo, & ſymptomatum vehementia, intermiſſione breui, aut longa declinatione. Statum indicat æquali-

Aegrit. differen.

æqualitas accessionum. Declinationem indicat accessio tardior.

Cumque quodlibet Naturæ Elementum, habeat ex tribus, duo similia proxima, vnum contrarium remotum; & eadem in homine humorum sit ratio; videri possunt tum ratione contrarietatis, tum etiam similitudinis, constare necessario ægritudines: præsertim in humoribus, atque spiritibus, seu in venis, atque in arterijs. ideòquè ægritudines indicari potissimũ pulsu, & vrinis creduntur. Ex pulsu enim

Pulsus. spiritus coniectantur, ex vrinis humores. Pulsum tanquam quid corporeum dicunt longum, latum, altum, humilem, magnum, paruum, mediocrem, frequentem, rarum, mollem, durum, validum, imbecillum, æqualem, inæqualem, intercidentem, recurrentem, serratum, vibrantem, conuul-

Vrina. siuum, vndosum, vermiculantem, formicantem. Vrinam item dicunt crassam, tenuem, auream, citrinam, sanguineã, turbidam, nigram, aqueam, odoratam, fœtidam, spumantem, pinguem, circularem. idquè in parte extima, media, infima; quæ dicitur sedimentum.

Ex his apparet sicut etiam ex symptomatibus, num actiones sint læsæ; num verò sint exeuntia mutata, aut qualitates, aut in toto, aut in parte, ad vnam facultatem, an verò ad plures.

Facultates. Natural. Facultates verò dicũtur tres Naturalis, Vitalis, Animalis. Naturalis facultatis sunt Attractio, Retentio, Alteratio, Expulsio. ratione quarum sunt Generatio, Appetitus, Nutritio, Augmentum. Vitalis facultatis, Vita, Calor, Pulsus, Ira. Animalis, sunt Sensus, atque Cognitio. Naturalis

Vitalis. Animal. Crisis. Resolut. dicitur residere in hepate, venis respondere. Vitalis in corde, respondere arterijs. Animalis in cerebro, respondere neruis. Quæ in acutis morbis dicitur Crisis, tanquam iudicium, quod ex eo prognostica de morbi euentu fieri soleant in bonum, aut in malum; excedentibus sanguine, & flaua bili; in cæteris morbis resolutio dicitur; pituitæ, & atræ bi-

Crisis duplex. lis excessu: Crisis tanquam violentia morbi, qua breui spatio, prosternitur, aut ægritudo, aut vita; expulsionis dici-

tur

tur, aut permutationis. illa magis perfecta, hæc minus. vtraque de nocte, quam de die, melior. proximam indicant difficultates respirandi, delirium, caligatio, splendor, rubor oculorum, lachrymæ, dolor capitis, stomachi, rigor, tremor. Eam sequuntur excretiones, sudores, vomitus, vel sanguis è naribus, vel alui profluuia. Critici dies, ab ægritudinis puncto, seu initio, conijciuntur. fieri enim post huiusmodi punctum solet hora septuagesima secunda, quod cum singulorum dierum, singulis dentur humoribus horæ sex; tribus quaternionibus, horæ fiunt ipsæ 72. quibus expletis humores sistere apparet, & in gyrum propelli denuò. atque hoc ipso temporis spatio, Luna signum in Zodiaco, integrum peragit. Crisis verò permutationis, quatuor expletis contingit quaternionibus: vt quarta dies sit critica, septimi, septima, fortius, cæterorum eadem serie. quæ licet quandoque fallant, & de ipsis Medicorum sit altercatio non leuis; plurimis tamen stat id persuasum. acuti morbi fermè diebus quatuordecim indicantur: Mixti, seu acuti, cum decidentia, diebus integris quadraginta.

Tertium erat Medicinæ Elementum, Medicus. qui cognita morbi natura, quid agendum, quid non agendum pro valetudine restituenda sit, sciat, & curet. Ac triplex Medicorum est genus, alterum, quod sola nititur experientia. Empiricum dicitur; cuiusmodi fuisse perhibentur Græcis, Serapion, Heraclides Tarentinus, duo Apollonij, Menodotus, Sextus Afer. Alterum; Principijs suffultum, id vnum Medico proponit curandum; vt laxentur constricta nimium, & laxata nimium, stringantur; nihilq. curetur, nisi id, quod apparet: his ipsis principijs, Methodicum dicitur, quod breui tractu medicinam absoluit. Eius primus auctor perhibetur Themison, absolutor Trallianus.

Medicus

Empiric.

Method.

Tertium Medicorum genus, Rationale dictum, quod causas scrutetur, & causarum item causas, proximarum remotiores, vt mali extirpentur, quantum fieri possit radices, non tantum rami, iterum surrecturi, amputentur. Eius primus auctor Hyppocrates creditur: eius doctrinam sequuti Ration.

Dio-

Diocles, Cariſtius, Praxagoras, Chryſippus, Eraſiſtratus. & omnium optimè poſtremo loco ex Græcis Galenus. Hos, qui non imitantur Medici, Empirici habentur, tanquam nullius notæ. Et vt cauſas morbi ſcrutetur Medicus, oportet eum, quæ de ægroto dicta ſunt, ſingula penſitare; præſertim quæ extra ægrotum ſunt: Locum, ſcilicet, & Tempus. Non enim raro contin git, vr niſi ægrotus loco moueatur ad interitum, fruſtrato opere, properet; vel quod omnibus ſit inſaluber locus, vel quod alterius, aut alterius naturæ; ratione qualitatum agentium, ac patientium. cum reſpirando, niſi ſaluber aer ſit, nullo ſenſu ægritudo foueatur, nec ſemel, aut bis; ſed quotidie etiam in ſomno. quod ſi Medicus animaduertat, nec poſſit ægrotus loco moueri, aer quantum licet curetur.

Tempus etiam ſpectandum eſt anni; calore, an frigore preſſum, Sole vel accedente, vel recedente: cum vis morbi temporis diuerſis paſſionibus afficiatur. vt pro temporis differentijs, differentia ſint in promptu medicamenta. quod ſolertis eſt, ac perſpicacis Medici opus, Non enim ſat Medico in vniuerſum, quid Scriptores moneant ſcire; ſed prudenti examine præuidere ſingula, & comparare: quam prudentiam, potius iudicium dixeris: quo qui eminent, cæteris etiam doctioribus præferuntur; quod aptius ſint ſaluti. Oportet igitur Medicum doctrina, rerum ſingularum memoria, & iudicio præditum eſſe. Natura in vniuerſum quid ſit; quibus Cœlorum lationibus, Elementaria; & quantum afficiantur, animaduertere: quæ medicamenta, & vnde ſumenda: quæ ſint rerum in oppoſitum vires: quando addendæ, aut minuendæ: quãdo ſimplicibus, quando mixtis medicamentis vti, ſit ſatius. Hæc verò Medico conſtare non poſſunt, niſi longo vſu is norit, quo ſingula gradu ſint calida, humida, frigida, ſicca; tum actu, tum poteſtate. & quoto gradu hoc agere, aut mouere; id pati, atque moueri poſſit: ideò Medicum expedit, mineralia tractare; gemmas, herbas, olea, aquas, ſuccos deſtillare, vt quid craſſius, quid tenuuius, ex aſcenſu, & deſcenſu ſpectatis, veniat in

Iudiciũ Medici.

propor-

proportionum cognitionẽ: quam etiam non minimum iuuãt color, pondus, & sonus: multo etiam magis odor, & sapor. Natura enim comparatum apparet, vt corrupta, tanquã superantibus extremitatibus, bonam coeuntiũ Elementorum habitudinem, si oleant & sapiant, malè ferè omnia olere, & sapere. quod indicauimus, dum de terræ fructibus erat sermo. contra verò in quibus sibi Elementa æquis respondent proportionibus, si oleant, ac sapiãt; benè necessario, tũ olere; tũ sapere. ideò aptissimũ nutriẽdo esse putamus id omne, cuius odore, aut gustu oblectamur. quod id etiam nutrire putemus. Hac præcedente cognitione, conijcere possumus, an morbo, vires sint paulatim similibus reprimẽdę, naturæ quadam quasi assentatione; qua morbus deceptus inimico, tanquam amico iter aperiat, vt res cunctando restituatur; an aperta fronte, & armata manu, sit in hostem impetus faciendus; vt impetus impetu retundatur. quæ licet cognitio possit ipsis cõstare rationibus plurimũ tamen adnititur experiẽtiæ. ideò seniorẽ Medicum facilè oẽs libentius adimus: præsertim si pietas, & religio, vsui, & cognitioni accedant. Medico igitur cum post Deum incũbat ipsa, quam omnes plurimum Naturæ ductu, præsentem fouemus, absentem quærimus, bonam corporis valetudinem, eius est vnius videre, an addendo, an minuendo intra, vel extra corpus, possit, aut retenta seruari, aut reuocari amissa.

Et Medicamẽ, quartum positum Medicinæ Elementum, ipse scilicet ęgritudinis propugnator, duplex adhiberi à Medicis solet; alterum Dieticum dicitur; alterum Pharmaceuticum. minuendo medetur prius; addendo posterius. Cum enim malè affectum corpus, nimis nutritum, plurimum lædatur; & nisi nutriatur deficiat breui, duplicem hanc bonæ recuperandæ valetudinis, sicut etiam conseruandæ, viam esse, omnibus est compertum. Dieticum igitur si dicatur quod minuat, vt ad ipsum non solum inædia pertinere, sed etiam vomitus, egestiones, sanguinis emissio, sudor, flatus videantur; id primum Medico sit; ne minutione curandum vt iuuet; ægrotum, additione curet, vt lædat, aut contra.

Medicamen.

Dietic.

Victu igitur prima medicamenti ratio constat: cum sicut facile (quod dicere solemus) omnia sunt sana sanis , omnia etiam minus valentibus facile possint obesse . Cumque nec suis locis , nec integra virtute , suo muneri perstent in ægroto Elementa , cauendum plurimum est , ne turbata turbentur magis . Pharmaceuticum ; quo morbi vis , vi medicamenti excitatur , tanquam in certamen vocata , an in febribus leuandis , potior ex simplicibus, an ex compositis pluribus in vnum fiat ; cum sint variæ Medicorum sententiæ; non facile est cuiquam litem dirimere : nec desunt, qui scrupulatim posse pensitari plura medicamenta , & æquari , desipientiæ tribuant : an etiam magis expediat perfectis corporibus vti pro medicamentis,cuiusmodi sunt herbæ, arborum fructus , folia , carnes , & quæ ex animalibus sunt ; an potius quæ ex terræ visceribus extrahuntur mineralia , in auri, atque argenti fodinis . cum enim, quæ propius humanæ naturæ accedunt , videantur facilius in hominis bonum cedere posse , quod eo quidlibet facile nutriatur , quo constat ; cum tamen in terrę visceribus videatur Natura fortius operari ; & ideò metalla ipsa tenacissimè inditam sibi virtutem in longissimum etiam tempus seruare constet ; facilè putant aliqui,mineralibus medicamentis valetudinem semper facilius , viuidiusquè curari . ita auro , & argento, etiam in medendis humanis corporibus, datus est locus. cum Chemicis præceptionibus aurum potabile , seu quam Quintam essentiam dicunt , aut Elixir vitæ , tanquam extractam subtilem substantiam , intrinsecum perfectum, naturæ totius radicale humidum incorruptibilę , omnibus rebus conseruandis , aut reparandis aptissimum putent . quæ enim magis sunt corruptioni obnoxia , vt de cibo, & potu euenit , nutriunt ; sed radicalem humiditatem , aut calorem innatum augere , aut roborare per se non possunt . cum contra mineralia ipsa, durissimæ constructionis, substantia, cœlesti substantiæ simillima ; ideòquè à corruptione plurimum distante , & vitæ proficua , videantur id ipsum sola præstare . dummodo sit substantia ipsa , à sua concretione purificata , atque digesta .

Pharm.

Cum

Cum enim videamus thermis, seu balneis plurimum valetudinem iuuari, quod in ipsis, aquæ per metallicas venas transeant, cur non dicamus maiorem etiam ipsismet metallis cœlesti influxu, virtutem tributam, in hominis bonum? Licet alij id rideant, quod toto cœlo videantur distare corporis humani, & metalli substantia; nec posse metallum videatur in corpus suam virtutem immittere, nisi prius conficiatur in stomacho, deinde conuertatur in sanguinem, & vim alimenti concipiat; quo facto, dicunt facultatem deperire. Certum tamen cum experimento appareat, propriam aliquam esse singularum rerum agendi in humanum corpus virtutem; cuius tamen virtutis nulla homini constet ratio; quod occulta è cœlo sit; cur non facile credamus, id ipsum, in quo formando plurimum insudare quodammodo videtur Natura; posse præ cæteris, quod homini optimum est, præstare, ex eadem indita cœlesti virtute? Ferunt Hieræ picræ singularem inesse attrahendis humoribus vim à capite, collo, pectore, non tamen ab alijs membris, cum alia etiam quædam, alijs valetudinem conferant; quorum tamen non ratio, sed experientia monet. Gemmis item propriã quandam de cœlo virtutem, inesse singulis: nec tamen omnibus; sapientes viri litteris consignarunt. Attamen sunt ab his discrepantes, qui putent solis herbis, radicibus folijs, seminibus, fructibus, oleis, aquis, spem salutis recuperandæ, aut conseruandæ, credendam esse; vt quidam etiam sit ausus dicere, potiora medicamenta pauperrimum quemque cęnare. cum ipsa eadem, hortus tribuat cuique suus. Sicut verò pluribus modis humanam valetudinem afflictari videmus; cur ita etiam videri non possit sua cuique rei virtus innata, ex occulta cęlesti virtute, quam nos mente tanto magis admirari, quanto minus possimus assequi? Nonne Ceruus dictamo, vim extrahendi ferrum ex vulnere, docuit; quæ vis cęteris nulla est? Non ne etiam Chelidonia iuuari visum docuit hirundo? Feniculo non docuerunt Angues? Non ne etiam contra venenum Testudo docuit Cunile? Mustella Rutam? Ciconia Origanum? Vrsus Oleastrum? Grus Iun-

cum paluſtrem? Coruus Laurum? Elephas Pandaliantem? & plurimæ etiam cæterarum rerum abditæ virtutes, & propriæ, caſu, experimentis, obſeruationibus patuere. quin ſonis etiam, & verbis virtutem huiuſmodi aliquam ineſſe facile omnes credimus. Non eſt igitur à naturalibus quibuſcunque rebus medicamentorum arctandus numerus; dummodo vis ipſa medicamenti, Medico ſit comperta. alioquin facile medicamenti locum venenum ſubit. Venenum enim eſt quicquid viuentium enecat vires, ac vitam abſumit, ex nimio, aut caloris, aut frigoris hauſtu. Cum venenis verò diximus à principio Medico rem eſſe; quod aut ſummopere calida, aut ſummopere frigida venena ſint, hæcquè ipſa vt contrarijs in contraria agentibus, temperatis hinc inde viribus ægritudinis, & medicamenti, media vtrinque ſe contineant valetudine; conſtanti inter extremitates virtute, Medicus tractat. Valetudinem dicentes ſalutem, tanquam valentem; Salutem tanquam ſale conditam vitam, quo non poſſit corrumpi. Saluti igitur inſudat Medicina. quam tamen aſſequi longam in terris homini non licet; & diuturnam Medicina ſpondere per ſe non poteſt.

Venenũ.

Chirur.

De Chirurgia, cuius eſt curare, quæ circa cutem valetudinem malè afficiunt, ſanguinem mittere, exſiccare vulnera, humores, ne cutem adeant reprimere; vnguentis, emplaſtris, epithematibus; vſu potius, quam ratione adhibitis; nihil eſt, quod dicamus. cum prorſus Empirica ars, ac ſordida per ſe ſit.

Et qui de Medicina ſcripſerunt, quoniam tot ſunt, vt ferè Volumen per ſe poſſint abſoluere, prætermittenda in his cenſuimus, cum præſertim ab Andrea Tiraquello Libro de Nobilitate elegantiſſimè recenſeantur.

IVRIS-

IVRISPRVDENTIA.



N Republica, maximo merito, plurimum honori habita Iurisprudentia, facultas Leges interpretandi; discernendi Ius ab Iniuria; æquum ab Iniquo; ob allatam in superioribus rationem, hunc sibi vendicat locum: ita dicta, quod Iustitia, & Prudentia vicissim foueantur; adeò vt altera ab altera separari, vt dicebamus, non possit. Qui eam profitentur Græcis Δίκαι, ex Aristotele, vocati; à nobis Iurisperiti, seu Legum Interpretes; si perspicacia, & intellectu præstent, Sapientiæ merito laudari solent. Medicinæ verò respondet Iurisprudentia, quin ipsa est Medicina; sed quæ animi, non corporis malis medetur. Quæ enim Medicinæ nomine fertur facultas, defectibus Elementorum (quod dicebamus) naturæ aptatis proportionibus prospicit; quibus deficientibus prosternitur per se hominis vita: Iuris verò Prudentia malè affectæ rationi, quod in hominis bonis caput est, ne litibus Ciuium, Respublica ipsa periclitetur, rationis defectu; vt medeatur pro suo munere, curat. Naturæ igitur passiones, æquis proportionibus, cum dirigat, quæ dicitur Medicina; humanas passiones, quarum culpa non raró deperit recta ratio, dirigit ipsa Iuris Prudentia. Vt cum sit vtriusque Iudicio præstare, Iudicium videatur duplex constituendum; inferius, atqne superius; vt eius tanquam solertia, huius integra Prudentia videatur. Medicina quidem consulit Reipublicæ, dum bonorum Ciuium in Corpore valetudinem curat; sed multo magis Iurisprudentia, dum eandem curat in animo, ne dissidia concitentur in Ciuibus, aut turbæ: sed amicè omnes habeant, suo quilibet gradu: ita vt nec alter in alterius caput conspiret; nec quisquam, sibi succensere quemquam præter æquitatem posit in suspicionem venire; Iurisprudentiæ virtute, vi legum innotescente. Sicut igitur Phy-

ſicæ cognitioni innititur Medicina, ita Aethicæ innititur Iuriſprudentia; & vtriſque ſua, pro ſuo munere, ſunt Elementa. Receptiſſimum quidem eſt ex ipſo Imperatore Iuſtiniano, qui Ciuiles Leges tanquam nimium luxuriantes, amputauit, & de loco motas, in ordinem quo ſtant redegit; Iuriſprudentiam Cognitione Perſonæ, Rei, & Actionis perfici; tanquam triplici Ciuilium Legum principio. à nobis ne ab ipſo noſtro inſtituto recedamus, dicentur Iuriſprudẽtiæ Elementa, eodem ferè modo, quo Medicinæ ſunt dicta;

Elemen. Litigans, Lis, Iudex, Ius.

Reſpondet enim Litigans Aegroto; Lis Aegritudini; Iudex Medico; Ius Medicinæ. Quæ cum ſingula fuerint Iuriſperito benè perſpecta; dubitandi locus non eſt, quin ſuo ipſe ad præſcriptum rationis, ſatisfaciat muneri.

Litigans. Litigans igitur, tanquam ægrotus, de arrepta ſibi valetudine, dum dolet, & queritur, Actor, aut Reus; poſtulans, aut poſtulatus; putans ſe bono iure, ius ipſum tanquam bonam animi valetudinem, aut repetere, aut tueri; Iuriſperitum tanquam Medicum adit. eum de bona valetudine recuperanda conſulit; ita ſibi fore Conſultum ſperat. Et Perſonam, ſeu impetat, ſeu impetatur cognoſcere, in Legum interpretatione, plurimum expedit Iuriſperito. quod Arithmeticis, vt plurimum Legibus, ſit ſemper Geometrica ipſius Iuriſperiti facultas adnectenda. cum locus, ætas, fortuna, inſtitutio, facultas, modus, facere ad æquitatis cognitionem plurimum videantur.

Lis. Lis tanquam ægritudo ſpectanda, ipſamet controuerſia, qua confligunt vtrinque, alter in alterius perniciem Litigantes, de ijs eſt bonis, quibus diximus conſtare totius Reipublicæ, qualemcunque homo poteſt nanciſci in humanis, fęlicitatem: Vita, Diuitijs, Virtute, Honore. Cumque maximæ, acerrimæquè lites de vita ſint; quod cum vita cętera perditum ire videantur; his proximè accedunt, quæ ſunt de Diuitijs, & de Honore. Cum de Virtute nulla Lis ſit; quod ſola ſolo paretur labore, & per ſe ſine lite, ipſam volenti vna ſemper adhæreat comes. At cum facile non ſit

viuere

viuere ſine diuitijs; nec viuere expediat ſine honore; ſeu ſine bona hominum exiſtimatione; ideò tum diuitiæ, tum honores, ipſimet vitæ quamplurimum æquiparantur. Sed inter nobiles maior honoris, quam diuitiarum eſt ratio; inter populares maior diuitiarum; quod minor ab his honorũ poſſit iactura ſentiri. Maximæ igitur Lites de vita ſunt. his proximę de diuitijs, & de honore: vt ſicut ægritudinum in corpore; ita in animo, quibus Iuſtitiæ harmonia diſcordat, ſint gradus. ac diſcrepantia litigantium, neceſſario indicat, Iuſtitiam, quod ea non poſſit diſcindi, litigantium alterum Iniuſtitiæ arguere. Litem Ciuilem vocant, in qua de bonis fortunæ quæritur cuius ſint, vel cui de iure obtingant; Criminalem, in qua de vi arreptis, aut vita, aut diuitijs, aut honeſtate. deq. his ipſis, omnis prorſus Lis cõſtat. Lis Ciu. Crimin.

Tertium Elementum Iuriſprudentiæ, Iudex; Medico reſpondet in Medicina cum vtriuſque ſit curandæ valetudinis rationem inueſtigare. de quo cum, noſtra breuitate, egerimus, dum Politica attingeremus; nihil eſt, quod pluribus hic vtamur. Iudex.

Ius quartum dictum Iuriſprudentiæ Elementum, Medicamento ipſi in Medicina reſpondet: vt ſit Ius idem, quod Iuſtitia in humanis actibus conſiderata; ſeu dicamus Bonum, & Aequum. quod Iuriſprudentia, Ars ipſa Boni, & Aequi ab ipſo Vulpiano ponatur: vt Bono Commutatiua Iuſtitia, Aequo Diſtributiua indicetur. Cumque ipſum vtrumque Ius, conſtet proportionum ratione, in ipſis humanis actibus, magis, aut minus æquis, aut iniquis; tanquam numeris paribus, aut diſparibus; habentibus, aut non habentibus inter ſe proportionem; actu, aut poteſtate; ex vario rerum euentu, facile arbitrari poſſumus, multo minus circa medicamenti, quam circa actionis virtutem, in plurimis dubitari. vt ideò iure merito Latinorum Philoſophorum optimus Cicero, aperta fronte, veri Iuris, germanæquè Iuſtitiæ, nos in Terris ſolidam, atque expreſſam effigiem nullam tenere aſſeruerit. tantæ difficultatis ratione Iuriſprudentia dicta eſt diuinarum, atque humanarum rerum ſcientia. Ius.

tia.

tia; & Magiſtratus Virum oſtendere; & Vir vnus plurimos, & plurimi dicuntur nullum valere hominem. Policleteam enim (quod dicebamus) regulam Lesbijs moderari æquis ponderibus ſcrupulatim, vt decet, penſitatis; plurimas apparet in humanis præ cæteris omnibus anguſtias habere. vt ipſa, quam in Iure dicendo, ſummis laudibus extollunt Ἐπιείκεια, nos dicimus conuenientiam; ſeu de rigore Iuris temperatam remiſſionem, vix cuiquam videatur ſine quærimonijs, vſui cedere. cui cum opponatur ἀκριβοδικαία, ſunt qui pręilla tanquam illaudata, quod nullo remiſſioni termino, poſito, Iuſtitia videatur prorſus in gratiam perire, hanc eligere, ac ſectari ſatius putent. cuius ratione Marcus Cicero, Sulpitium tanquam maximum Iuriſconſultum laudaſſe videtur, dum eum non magis Iuris, quam Iuſtitiæ Conſultum dixit: tanquam ſi Iuſtitia, ſit non verſatile in plurimas proportionum differentias, ſed ſtabile prorſus, ac conſtans Ius; ſeu voluntas. in bonum enim conſtanti, ac perpetuo conatu fertur voluntas. Ius verò ipſum triplex dicitur Iuriſperitorum omnium conſenſu. Naturale, Gentium, Ciuile. Vt Naturale primis, ac notiſſimis nitatur Iuſtitiæ principijs; naturæ ductu, nemine, qui ſanæ ſit mentis, refragante. Vniuerſalia, ſeu potiora huius Iuris Axiomata, tria ab Imperatore ponuntur. Honeſtè viuere; Alterum non lædere; Ius ſuum cuique tribuere. Aeque ac, ſi diceret, In alterius honeſtatem; bona fortunæ, aut propria; noxam nullam inferre. Item ſunt; Proprijs Cōmoditatibus præferre publicum bonum. Pro virtute æque libenter agere, & pati dura. Laudes, atque amicitias non contemnere. Amicos putare qui amant; amare qui iuuant. ijſquè ſeruire honorificum exiſtimare: Deumquè propterea præ omnibus, quod ab eo fiat omnia nobis bona, venerari. Nemini quicquam velle, quod ſibi quis nolit. Quam vnam ſententiam, tanquam totius Iuſtitiæ naturalis imaginem, Alexander Seuerus Imperator, vbique inſcribendam, ac præ oculis habendam cenſuit. Bonos præmijs eſſe honeſtandos; Malos pœnis mulctandos. Sibi proſpicere quemque teneri. Conſeruatio-

Ius Nat.

uationem optare, atque quantum licet curare. Sanguine, aut affinitate coniunctis adeſſe: neminem aſpernari.

Ius Gentium ab ijſdem Naturæ principijs ortum; non tamen ita facilè apparet; cum ex poſitis Naturæ principijs ſit Theſes vocant; Vniuerſales, Generales, Particulares. Vniuerſales quæ omnibus accommodantur, vt Vim vi repellere licet: Alteri, eum, qui poſsit conſulere ſine proprio damno, teneri: Dolis obſiſtere: A mendacio abſtinere: Publicum bonum tueri: Vxori ad mortem vſque fidem ſeruare: Filios, ac ſenes Parentes nutrire: Subire Patriam libertatem. Ius Gen. Vniuerſ. Theſes.

Generales Theſes dicuntur, quæ alicui, ex præcipuis Iuris parti deſeruiunt: vt in Contractibus fidem non fallere. Contractum ex conuentione legem ſuſcipere. In vltimis voluntatibus Ius in ſuis cuique eſſe. vt voluntas ſit lex, niſi tamen ſit præter virtutem: alioquin vltimæ voluntatis eſſe liberum arbitrium. In delicti perpetratione voluntatèm ſpectandam eſſe, non exitum. Pęnas eſſe emolliendas potius, quàm exaſperandas. Sine culpa pœnam non eſſe infligendam; ne innocens pro nocenti puniatur. Lubricum linguæ non facile eſſe trahendum ad pęnam. Legibus, & earum cuſtodibus eſſe parendum; ſecus iniuriam legibus fieri. In lite citandos eſſe omnes, quos cauſa contingit. Nihil licere Actori, quod Reo non concedatur. Latam contra ſolitum ordinem ſententiam, rei iudicatæ vim non habere. Interlocutoriam poſſe reuocari; Definitoriam non poſſe. Quæ fiunt à Iudice, ſi ad eius officium non pertineant, rata non eſſe. In dubijs Reo magis, quàm Actori fauendum.

Particulares item Thęſes dicuntur, quæ ſingulis Iuriſprudentiæ partibus ſunt conſtitutæ; vt in Emptione; Sine re, & pretio nullam eſſe venditionem: Pretium in pecunia numerata conſiſtere. In Mutuo, Dationem, niſi in rebus, quę numero, pondere, & menſura conſtant, non contrahi. In verborum obligatione; Stipulationē non confici niſi vtroq. loquente. vt interrogationem reſponſio ſequatur ſtatim. In Teſtamento; Non conſiſtere Teſtamentum, niſi coram

ſeptem teſtibus maſculis; puberibus, & rogatis: ac niſi Iuris Ciuilis ſeruatis regulis. & huiuſmodi plurima, quæ laxare (quod eſt in Prouerbio) valeant Fabium. Ex quibus facilè pateat, Ius Naturale, & Gentium (quod Cicero animaduertit) idem quodammodo eſſe. Vt Ius vniuerſum, in Naturale, & Ciuile ſecari poſſit. & id dicatur Naturale, quo gentes omnes Naturæ ductu vtuntur; Ciuile,

Ius Ciuile Rom. quod præter Naturale quælibet Ciuitas, habita Ciuium ratione, ſibi conſtituit. Licet Ciuile communi appellationis vſu, pro ipſo ſumatur Romani Populi Iure. Quando enim cæteris Ciuitatibus ab ipſa Vrbe Roma, conſtituendarum, pro ſuis cuique commodis, Legum fuit poteſtas facta, Municipales, ſeu Ciuiles Leges ſunt dictæ. quod apud ipſos Romanos ex Legibus, vt ait Cicero, Senatus Conſultis; Rebus iudicatis; Iuriſperitorum auctoritate: Edictis Magi-

Leges. ſtratuum; More; Aequitate; conſiſteret ipſum Ius. Leges verò à delectu vtilium dictæ; quod conferant cuique ſuum,

Rogatio Conſule interrogante; ideò Rogationes vocatæ à Populo conſtitutæ; ſed non niſi Conſulto Senatu. Tribuno verò

Statutũ. Plebiſc. Plebem interrogantè, Statutum eſt dictum. Plebiſcitum ſuffragio Plebis firmata Lex. In vnius Imperium etiam Roma prolapſa, ſuorum Principum placita, paſſa eſt vim Legis habere: & hæ Conſtitutiones ſunt dictæ. à quarum ob-

Conſtit. Priuil. ſeruatione, ſi quem quãdo aliquo modo eximeret Princeps, id Priuilegium dixere. quod priuum ipſis ſingulum ſignificaret. Ciuitatum Municipalium Leges, Statuti nomine tenebantur. Prætorum Leges Edicta. Prætor verò Iuris erat

Edictum Cuſtos per annum. ideò Edicta annuæ erant Leges. Ex his etiã Edictum perpetuum conflatum; cuius adhuc frequẽs in Iure mentio. Ita Ciuili Prætorium adiunctum Ius, viuam Ciuilis vocem definit. Id verò bonis legibus omnibus primum eſt, vt Naturæ ipſius Iura non offendantur. Ius verò ipſum naturæ quam minimis continetur. Sibi proſpicere, ita vt alteri nulla fiat iniuria, quod maximè expedit: & cæteris, quantum licet, iuuandis adeſſe. eſt enim iniuria omnis contra ius; & iuuare tanquam ius dare. idem quod di-

cebamus,

cebamus, Abſtinere, & Suſtinere. quibus quid minus operoſum videri poteſt in vita? Cum verò nobis ipſis plurimum teneamur, ideoquè iniurias tanquam quid malum à nobis repellere; ne Iuſtitia lædatur in repulſione, ſicut in cæteris etiam iuuandis, ſunt poſitæ leges, quibus tanquam harmonicis conſtitutionibus appareat, quod per ſe obſcurum eſt; quid cæteris debeamus, quid nobis. Nec tot in Geometricis, Arithmeticis, aut Harmonicis conſonantijs differentiæ ſunt, quot in ipſa harmonia Ciuilis Iuris. vt in vita tanquam in lance, ponderibus hinc inde aggrauantibus, æque in vtranque partem ſuſpenſis, ius ipſum, ſeu menſura, aut recta ratio ſeruetur, ad trutinam, (quod dicitur) reuocata. Id cum operoſiſſimum ſit, ideò nec ſibi vnis Sapientes Legum Conditores credunt, nec vni cuiquam in Iure dicendo credendum putant, ideòquè Tribunalia ipſa ſunt inſtituta. & plurimi in dies cuſi, iterum recuduntur libri. Qui proculdubio dū in id toti ſunt, vt interclusas iuris vias aperiant, tanto magis ſepiunt, aut etiam confodiunt, quanto fit maior librorum copia. quod non noſtris tantum temporibus viget malum, ſed viguit etiam vbique gentium quantum litteris tradita nos monent, ſemper. Romæ quidem ſcimus tum Regum, tum Conſulum, tum Imperatorum tempore, ne condendarum pro re nata, Legum iret in immenſum labor, curatum ſerio fuiſſe, vt libri reſecarentur. Scimus ante Auguſtum curam Papirio demandatam, & re ad exitum perducta: cum Auguſto imperante, iterum in immenſum excreuiſſent leges; ipſe etiam maximo malo obuiam iturus, amputandas curauit. Nec tamen eo mortuo, non iterum repulularunt: quin etiam in tantam ſyluam creuere, ſub ipſum Iuſtiniani tempus, vt maximum opere precium viſum fuerit, in iuris ipſius bonum, in conſcriptos de iure libros animaduertere. quod fecit, & quingenta Imperator, ex duobus millibus Legum Voluminibus, compilauit. quæ noſtris temporibus altero centies tanto, aucta videmus. Ad hydræ igitur ſimilitudinem (quod fabulantur Poetæ) Ius ſemper amputato capite creuit, ac creſcit, in

capita . vt cũ Andrea Alciato, dici prorſus poſſit Iuſtiniani ipſius factum in decurtandis legibus, deplorandũ. cum lites litibus cumulent, qui id ipſum curant, ne cumulentur. Nec minimam, vt videtur, addendorum de Iure Voluminum occaſionem præbuit Lotharius Secundus Saxonum Dux, Cæſar Germanicus Decimus nonus, cum primum Iuſtiniani Leges per Academias tractandas iuſſit; quæ conſuetudo, cum plurimum viguerit, ac vigeat per Europam, plurimos præſtantiſsimorum Virorum labores ſecum trahit; ad explicandum potius, an implicandum, in ius vocatos? Sed cum ita ferat natura, vt plurimæ rerum omnium proportiones plurimum lateant, & vix paucæ circa principia appareant, quod in numeris eſt videre, proximos enim vnitati facilè cognoſcimus, ac tanto minus, quanto magis ab ea recedunt & in harmonijs, maiores differentias ſentimus, ac iudicamus, non tamen æque commata, & ſchiſmata; ideò proficuum erit ex his colligere, nihil in vita facilius obuenire, quam Ius, aut Iuſtitiam deplorare; cum tamen id ipſum facile præter æquum videri poſſit, quod Iuris tot ſint latebræ, quot legum verba; ideòquè non acquieſcere Iudicum dictis, & minus æquos exiſtimare eos, qui in Aequilatis decus inſudant, iniquum eſſe.

Auctores, quos habemus de Legibus, plurimos, quoniam recenſent Ioannes Neuizanus. Ludouicus Gomeſius, Ioannes Ficardus. Photius. Io: Baptiſta Vilettus. nihil eſt, quod in anguſtijs recenſeamus.

Interpretes in Pandectas Inſigniores habentur.

Azo.	Placentinus.
Accurſius.	Rogerius.
Ioannes.	Vdalricus.
Martinus.	Vgolinus.

Poſt

Post hos Glossarum sententias venati, & assequuti sunt.

Bartolus.
Baldus.
Cinus Dini discipulus.
Iacobus de Arena Parmensis.
Iacobus de Butrigarijs.
Petrus de Belladettica.
Raynerius Foroliuiensis.
Præter cæteros.

MILITARIS ARS, seu Disciplina.



IXIMVS non solis hominem febribus intestinis; sed sæpè etiam intercutaneis morbis, ab extraneis causis prouenientibus, afflictatum, duplici Medicina indigere; Physica, & Chirurgica: ita dicimus in Republica, vt duplici malo obuietur, intestinarum litium, & hostium externorum; cum Iurisprudentia, æquam ferè rationem, Militaris disciplinæ censeri. vt dubitatum etiam sit aliquando, an litteræ ipsæ, an verò arma, in Republica, merito primas ferant. Licet enim fortunæ, & corporis robori plurimum Disciplina ipsa Militaris nitatur; ratio verò Reipublicæ administrandæ, studio acri, assidua rerum meditatione, ac solidæ virtutis ope coalescat; quoniam durare diu Rempublicam posse negant præstantiores Philosophi; nisi in ea plurimum Disciplinæ Militari stet honos; nec nisi Militaribus studijs imperia coaluerint; nec nisi Militari virtute triumphos tribuerit Roma; videtur adhuc præsertim apud vulgares, de præstantia sub Iudice lis pendere.

dere. Ciuilis virtus, in visceribus, ac Reipublicæ medullis hæret; Militaris inter capitalia, ac præsentia pericula, resonare sentit populares vndique acclamationes. Natura, quæ contra insidias armauit belluas, vnguibus, cornibus, rostris, veneno; hominem nudum fecit, vt quem Natura ipsa non tuetur, tueretur ingenium. ac nisi ab initio se muris, ac fossis tutati essent, nisi arma sibi aptassent, quibus nudi bestiarum sæuientium prostrarent vires, cæterarum virtutũ profectò nulla hominibus superfuisset. Nec nisi militari virtute parta insignia grandi ausu gloriam fouent. ideò nec ferè, nisi Militari virtute prętantes, laudibus efferendos, sibi famæ materiam sumunt Poetæ; vt ipsimet sub eadem auidissimè laudata virtute, laudentur. Quicquid verò sit de præstantia statuendum; ponantur, ne à nostro instituto recedamus, Militaris Disciplinæ Elementa.

Miles, Militia, Dux, Prælium.

Miles. Miles, qui in Iurisprudentia respondet Litiganti: in Medicina Aegroto; illum indicat, qui Militari præstito sacramento, Reipublicæ saluti vitam vouit; Militis vocatum nomine, vel quod minimè mollis, sed duri sit laboris patiens; vel quod in inimicorum malitiam eius sit inuehi; vel etiam quod mille ad minus numero, soleant in expeditionem prodire. Milites dicti, Tirones, & Veterani. Tirones adolescentes, dum primis Militiæ rudimentis imbuuntur, in ingressu, cursu, natatione, lucta, saltu, concursu, palęstra, ęquitatu gymnasticis. Veterani, qui longa experientia, & longo vsu, Militaribus munijs sunt functi, atque funguntur: ideò etiam meritorij vocati. Fuit etiam Militum partitio, vt alij Voluntarij, alij Dati, alij Electi, alij Ordinarij dicerentur, Succenturiati, Caligati, Equites, Pedites. Præterea ratione officij, Signarij, Hastati, Principes, & Triarij. Signarij leuis armaturæ adolescentes, Sagittarij, Balistarij, Funditores, Pilarij, Ferentarij, Proletarij, Expediti, Desultores, Velites, Velones, Rorarij, Gregarij, & omnes qui vno nomine Præcursores, ac Tumultuarij dicebantur. Hastarij, quos Marciobarbulos vocabant, quod verutis, ac plumbatis

(Margin notes: Tirones. — Veterani — Signarij. — Hastati, siue hast. — Princip.)

tis

tis armati, scutati starent ante ipsum agmen. Principes, qui primum hostium impetum excipiebant: Cataphracti, vndique muniti; ferè omnes Citrati; Dupliciarij, & Veterani. Triarii.
Triarij vltimo loco pro muro, seu vallo positi; quibus nec cedendi, nec sequendi esset facultas. Auxil. Auxiliarij, Extraordinarij dicti, qui circa Imperatoris ministerium versabantur, in salutem. Ordin. Ordinarij in dextero, & sinistro Exercitus cornu positi. Legion. Benefic. Legionarij, alij Beneficiarij, & Principes, scilicet Imperator, Consul, Legatus, Præfectus Castrorum, Magister Legionis, Iudex, quibus Scribæ, Primicerij; Spiculatores, Curiosi deseruiebant; Tribunus etiam, & Præpositus Chiliarcorum, Primipilorum, Duceniariorum, Primorum Hastatorum, siue Decanorum, & Quaternionum. Supernu. his accedebant Accensi, siue Supernumerarij, qui donec locus fieret se præbebant; Postremo beneficiariorum gradu, Augustales, Aquiliferi, Imaginarij, Signiferi, Draconarij, Optiones, Tesserarij, Campigeni, Metatores, Mensores, Stratores, Hyppocomi, Tubicines, Cornicines, Buccinatores, Duplares, Torquati, Candidati, Liminarchæ, Librarij. Munific. Munifices etiam erant qui munera Militaria cogebantur obire; excubias, angarias, pondera in vsum belli; decursiones campi, & erectiones valli, atque huiusmodi.

Militia. Militia quod Iurisprudentię Lis, Medicinę Aegritudo est, tanquã apta ad pugnã propensio, tutãdæ Reipublicæ ab insidijs, & vi exterorum; viribus aptans amicis, atque inimicis prudentiam, & robur, ne temere confligatur, serio ambo expendens, ita natura exigente, vt homo vbique consilio, etiam vbi vires imperant, adnitatur; ne rationis vllibi desit vsus, vbi sit honos: & honos vbique rationi detur. Militaria quidem munia laboribus corporis, ac periculis honestantur: stat tamen semper suus rationi locus: ideò Militiæ daturum operam, expedit quidem à puero laboribus assuescere, arma tractare, equitare, palęstras exercere, concertare: vt in minimis edoctus Miles paulatim discat, ex experiẽtia, ipsam, vel integram prudentiam, vel certe laude dignam, sagacitatem; aut solertiam: vt in dies maiori ausu,

sibi

ſibi ipſi ſpondeat maiora. Et ad Militarem prudentiam pertinent, Annona, Militaris Comeatus; Paludamenta; Saga; Supellectilia; Tentoria; Papiliones; Stipendia. Ad protectionem, Armamenta; Galea; Scutum; Thorax; Armilla; Lorica; Baltheus; Ocreæ, Perones. Et ad nocendum Enſis; Gladius; Spatha; Dolō; Sica; Verutum; Pilum; Haſta; Funda; Telum. Noſtris Temporibus additæ, inhumanæ vitæ bonum potius, an malum dicamus? Scoplettum, Bombarda, & huiuſmodi.

Militaris etiam Diſciplinæ eſt locorū ſtructuram cognoſcere; Muros, Mænia, Portas, Turres; Cataractas, Vineas, Aggeres, Foſſas, Cuneos, Oppugnandi rationes; Remos, Scaphas, Vela, Bipennes, Aſſeres, Falces, Scorpiones, Arietes, Pluteos, Telones, Sambucas, Exoſtra, Pontes, Muſculos, Scalas; licet aliqua ex vſu belli deſierint, poſt Bombardam inuentam. Ad Militiā etiam pertinent ſigna, vocalia, ſemiuocalia, muta. tanquam mutuæ inter Milites beneuolentiæ ſymbola.

Dux. Tertium Rei Militaris Elementum, poſitus Dux, ſeu Militum, aut Exercitus Ductor; Iuriſprudentiæ Iuriſperito, & Medicinæ Medico reſpondet; quod eius ſit virtutis videre, & expendere vires tum proprias, tum alienas: an ſit receptui canendum, an confligendū: & imperare; conditiones an ſint, & quæ ſint dandæ, aut accipiendæ. Milites cohortari: cohortandis, quæ ſint rationes adhibendæ, qui modi. Militum virtutem ſpectare: gratum ſe omnibus exhibere: prompto animo eadem cum ipſis pericula ſubire: ſingulis, quantum licet, proſpicere; prœmia, & pœnas iure belli partiri: cum inimicis ante, vel poſt pugnam; victoria, vel parta, vel amiſſa, quid ſit agendum tenere: animo nunquam nimis aut elato, aut depreſſo; ſed in vtrunque fortunæ euentum accommodato. qui publico ſemper magis, quàm priuato diſcrimini conſultum velit: norit omnia iura belli: inimicorum expiare ſecreta: ordinare exercitum in pugnam pro loci, & copiarum ratione: liberalitate in ſuos, ſpectatæ præſertim virtutis nomine, eminere.

Quar-

Quartum erat Militaris Disciplinæ Elementum Pugna. idem quod Iurisprudentiæ Ius ipsum, seu Iudicium; Medicinæ Medicamentum: sacramento enim inter Milites firmato, coacto exercitu, Fęcialibus hinc inde conflictum indicentibus, vtrinque collatis signis, dum in cædes itur, Militaris virtutis fit comparatio, militari ratione. Ac si Militum virtus vtrinque æqualis, in hostem appareat, dicitur æqualis vtrinque ius pendere; si inæqualis, eius censetur ius possidendi, in cuius gratiam vergit victoria: quod potiori deberi plura, de iure putemus facile omnes. Ita qui ius suum tueri nō possunt, dare manus coacti, & causa cadere, re iudicata, victoribus coguntur seruire: cum victorum in victos sit dominari. Vt quantum quis potest ratione belli tueri armis, suo tantumdem iure possidere etiam censeatur.

Et quod Medicinæ bona corporis valetudo est, quod Iurisprudentiæ quies publica; id Disciplinæ Militari Pax. P. quæ tunc dicitur; quando Milites odijs positis, ac simultatibus; condonatis vtrinque iniurijs, singuli intra suos se fines recipiunt: & honoribus de perspecta virtute, inter suos fruuntur. Pax verò publica, ciues protegit, mores componit, amicitias nutrit, virtutes in libertate honestat; Rempublicam ditat; bonos fouet; labores leuat; iura tuetur; mentem recreat; animæ vna, æque ac corporis valetudinem, seruat; vt vnde exulat pax, inde omne exulet bonum Cum enim natura sit comparatum, vt nemo per se sibi (quod dicebamus) sufficiat, sed singuli alterius indigeant ope; vt nec vlla Respublica adeò omnibus abundet, quin finitimarum non egeat auxilio in multis: quò vltro citroquè rebus, ac laboribus communicatis, ad societatis, atque amicitiæ profectum vita pacis munere prorogetur, Mercaturæ in mercibus importandis, atque exportandis datus est locus. vt hinc inde, satis indigentium commoditati, Geometrico, atque Arithmetico pensu fiat; dum aut ea ipsa permutantur inter se, quæ sunt vsui, aut inducta pecunia, res venduntur, atque emuntur: pretio, seu medio æqualitatis cognoscendæ, constituta pecunia. quæ ideò dicitur impendi, atque

 expen-

Hanapus, de Victorij.
Hieremias Paduanus, de Arte bellandi.
Hieronymus Vreas. De Militum honore.
Hieronymus Maggius.
Hieronymus Garimbertus, Dux Militum.
Iacobus Mag. in Sophologia.
Io: Auila, in Tractatu Audi filia.
Io: Carnutensis, de Re Militari.
Io: Genesius, de Honestate rei milit.
Ioannes de Indagine, de Bello Iusto.
Io: Baptista Zanchius.
Ioannes Surgeti Enchiridion Militare.
Imperialis Cinuzius.
Isidorus, de Re Militari.
Iulius Aphricanus. Græc.
Iustus Lipsius Gladiator.
Iulins Ferrettus.
Iulius Frontinus.
Ianus Lascares Romana Militia.
Lactantius Firmianus, de Christiana Fortitudine.
Leo Imperator, de Apparatu Bellico.
Manipulus Florum. de Militia.
Maphæus Vegius, de Re Militari.
S. Martinus, de Bello, & Pace.
Maximus Tyrius, Sermone 13. & 14.
Melchior Soiterus, de Stratagematis Turcarum.
Melissus.
Modestus, de Vocalibus Rei Milit.
Nicephorus Callistus, lib. 10. cap. 23.
Onosander, de Opt. Imperatore.
Orbicius, de Nominibus Ordinum Milit.
Petrus Dorlandus, videlicet Remundus Sebundus.
Petrus Gregorius, in Sintaxi Art. mirab.
Petrinus Bellus.
Petrus Faber Agonisticon.
Paris de Puteo.
Petrus Ribadeneyra.
Polibius, de Militia, & Castrametatione Romanorum.
Polyenus, Stratagemata.
Rinaldus Corsus, de Pacificatione.
Rubertus Valturius, de Vniuersa Re Militari.
Stobæus, de Militia, & viribus corporis.
Tertullianus, de Corona Militis.
S. Thomas Aquinas, de Regimine Princip.
Thomas Salius, Practica Militaris.



THEOLOGIA.


VI perfecta temporis plenitudine, allatis nouis de sinu Patris doctrinis, venit in Mundum Mediator Dei, & hominum Christus; & se ipsum recipientibus, potestatem fecit, vt fierent Filij Dei, sibiquè per fidem, charitate operante, cohæredes; inter mortales, homo Deus mortalis agens, Pharisæos interrogantes de censu, vt ex responsione, cauillantes, maiestatis facerent, si possent, reum; iussit, oblato sibi numismate, reddi quæ essent Cæsaris, Cæsari; & quæ Dei, Deo: vt se venisse in Mundum significaret, quod aliàs dixit, non legem soluere, sed adimplere. His monitis Nos, cum hucusq. in ipsius Naturæ arcanis inuestigandis, ei dederimus, quæ ex eius imagine cognouimus tanquam sua; iam tandem supremo loco, quæ Philosophi tanquam supra Naturam, Metaphysica, ipso naturali ductu tanquam in tenebris tactu quæsiuere; tandem à Deo ipso, in reuelatione eiusdem Filij eius Domini nostri, edocti; vt qui fueramus aliquando tenebræ, nunc lux in Domino, tanquam filij lucis ambulemus; quæ sunt rationis Fidei, rationi Fidei daturi; Theologiam, quæ de ipso vno rerum omnium Principio est Deo; vt idem sit in Cyclopædia principium, & finis; reuerenti ausu, paucis in lumine salutabimus: Patris ipsa imagine spectata, tanquam in numismate, in eius filio; quem fecit hæredem vniuersorum; per quem fecit, & sæcula: vt quæ sua sunt, ei vni, quantum ipse piè inuocanti dabit, reddamus.

Deus. De DEO igitur, tanquam de Prima rerum omnium Causa, Theologiam, vt stulti aliquando saperemus, & sapientes nouissima præuideremus; quæ nos post breuissimæ huius vitæ fugam manent, ab ipsomet Dei Filio reuelatam, tanquam omnium præstantissimam Disciplinam, paucis indicaturi; præfamur primo nobis ad ardentes spinas,

ſenſu reluctante, eſſe, quod Deus ipſe Moyſi ſignificauit, nudis pedibus accedendum; vt ſanctè, & piè ipſa Dei verba excipiamus: & ſi quid veritati minus conſonum exciderit, (quod Deus auertat) indictum, atque irritum habeatur: ſi vera, quod ſperamus, trademus; nobis nihil, ſed ipſimet Deo, qui ſolus infantium linguas facit diſertas, monens vt quæramus faciem eius ſemper, gratiæ munus habeatur. Græcorum, Perſarum, Aegyptiorum Philoſophi, cum nihil de Deo diuinis monitis compertum haberent, Planetares Orbes admirati, hos ipſos, (quod dicebamus) vt Populorum ignorantiam fouerent ignoratione, & inde ſibi ipſis compararent venerationem; adorandos propoſuere: quibus tamen omnium maximum aliquem ſupereſſe putarunt. de quo cum quid dicerent nihil illis conſtaret, Aegyptios plurimum laudabant, qui aliquando Crocodili forma Deum adorantes, quod animal ſit elingue, indicarent Deum eſſe ſilentio venerandum. Illud certè de Deo admiratione digniſſimum viſum eſt, quod vbique gentium eius nomen Tetragrammaton, ſeu quatuor litterarum repertum ſit, nec pauciorum, nec plurium. vt forſan indicetur, ſub, ſupra, ante, & retro, ſeu omnia Deum implere. quod ab ipſo etiam aliquando per Prophetam eſt reuelatum. Eius verò quanta in terris haberi poteſt, cognitionem, in Sacris Litteris, Moyſi primum, deinde cæteris Prophetis, vſque ad eius in carne apparitionem reuelatam, tanquam in ænigmate ſcimus; eandemquè ab eodem in carne poſito, Apoſtolis, eius cœleſtis Doctrinæ ſectatoribus, primo explicatam; ab his prædicatione propagatam, in generationes, vſque ad hanc diem; ac duraturam, etiam poſt terræ deſolationem, Sanctis; qui pugnantes cum antiquo ſerpente, coronas ſibi cœleſtes meruerint, in perpetuas æternitates. Cumq. Moyſen ex rubo ardenti allocutus, ab eo primum de ſuo nomine eſſet Deus interrogatus: nihil retulit, niſi ſe eſſe eum ipſum qui eſt; Deum Abraham, Iſaac, & Iacob. quod cætera quæcunque ſint ab eo manantia, omnia minus ſint, & minoris prorſus præſtantiæ. ideòq. Deum ipſum eſſe fateri ne-

cesse est, qui vnus omnia possit; sciat, velit; tum potestate, tum actu: qui sit omnium extra se Principium, & Finis; Optimus, Maximus; sibi per se sufficiens: nihilquè in se habens, quod ipse non sit, fuerit, futurus sit. Substantia substantiarum; cui nulla sint accidentia. οὐσία à Græcis, tanquam substantiæ existentia, & subsistens perpetuò, Veritas, Bonitas dicta, eademquè perfectissima pulchritudo.
Hilar. Trin. 7. Substantia verò, eo modo dici non debet Deus, quo accidentibus sibi, substare indicatur: cum incommutabilis ipse sit, alioquin eius essentia non esset integra. vt in eo vno
Iacob. 1. cap. nulla sit prorsus commutatio, aut vicissitudinis obumbratio, seu locum spectemus, seu tempus. cum tamen sit ipse prima prorsus causa omnium mutationum, sine loco vbiq. sine tempore semper; sine quantitate maximus; sine qualitate optimus; sine motu dans cuncta moueri. Cumq. vnus hoc modo, scilicet essentia, sit Deus; Personis tamen trinus
Aug. de Fid. ad Pet tom. 8. c. 1. De Trin. l. 1. c. 2. tom. 3. est. Et ratione Personarum dicitur Pater, Filius, & Spiritus Sanctus. qui tres, cum vnus sint Deus; non tamen Pater est, qui Filius; nec Filius, qui Pater; nec Spiritus Sanctus, qui Pater est, aut Filius. quod licet non sit aliud Pater, aliud Filius, aliud Spiritus Sanctus; alia tamen est
Aug. de Fid. ad Pet. to. 3. lib. 1. c. 2. Persona Patris, alia Filij, alia Spiritus Sancti. Et hanc Personarum Trinitatem, Moyses, quando Deum dixisse in Genesi scribit, Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram, significauit: vbi tum personarum pluralitas, tum essentiæ vnitas indicatur. Huc etiam illud spe-
Genes. 1. ctat; In Principio creauit Deus Cœlum, & Terram, & quod subdit, Spiritus Domini ferebatur super aquas. Et quod ser-
Psal. 32. pens Euæ dixit, Eritis sicut Dij, vt significaret personas plures in vno Deo. & Dauid dixit, Verbo Domini Cęli fir-
Psal. 66. mati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum. Et alibi, Benedicat nos Deus Deus noster, Benedicat nos Deus: &
Esaiæ 6. metuant eum omnes fines terræ. Et Esaias, dum ait, se audisse Seraphin clamantia, Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus. De ineffabili verò Filij generatione, dixit
Esaię 33. Esaias, Generationem eius quis enarrabit? Et Sapientia

dum

dum loquitur, Dominus possedit me in initio viarum suarũ, Prou. 8.
ante quam quicquam faceret à principio. Et alibi: Ego ex ore Altissimi prodij, primogenita ante omnem creaturam. Et Micheas Propheta, Egressus eius ab initio, à diebus æternis. Et de ipso Sancto Spiritu, Dauid: Quo ibo à Spiritu tuo? Et Sapientia: Spiritus Sanctus, disciplinæ effugiet fictum: Benignus est enim Spiritus Sapientiæ. Et Esaias, Spiritus Domini super me. Hæc verò Christus Dominus tanquam abdita aperuit, quando Discipulis suis dixit; Ite baptizate omnes gentes in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. qui etiam dixit; Ego, & Pater vnum sumus. Et cum venerit Paraclitus, quem mittet Pater in nomine meo. Ioannes quoque, qui supra pectus recubuit in Cœna, ait, Tres sunt, qui testimonium dant in Cœlo, Pater, Verbum, & Spiritus Sanctus; & hi tres vnum sunt. In initio etiam Euangelij sui. In principio erat Verbum. & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Apostolus; Quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia; ipsi gloria. vt cætera prætermittamus. plurimis enim in locis, Sacræ litteræ, ineffabilem Vnitatis, atque Trinitatis veritatem insinuāt. Vnus igitur Deus tres sunt Personæ coæternæ, & coæquales; singulæ singulis, & singulæ omnibus; loco, tempore, potestate; quæ in Deo vnum sunt. ideòquè æque perfecti sunt Pater, Filius, & Spiritus Sanctus. vt propterea etiam dicatur Pater in Filio, Filius in Patre, & Spiritus Sanctus in vtroque, & in singulis singulus; vnius essentiæ ratione; quæ tota in singulis etiam est; nullo prorsus dispertita modo; cũ nulla Persona sit pars essentiæ: quod Græci dicunt nulla hypostasis, est pars vsiæ: substantiam enim significat hypostasis, cuius nos loco Personam, vocum defectu, dicimus Sed in his, atque huiusmodi omnibus, cum humana ratio, sicut oculus ad lumen Solis cæcutiat; certũ est, quod Esaias insinuauit, esse ex fide intellectum. Quod verò ordo dicatur in Personis, vt Pater Prima; Filius Secunda; Spiritus Sanctus Tertia vocetur; hoc facit nostræ intelligentiæ defectus in Relatione. Pater dicitur in sui communionem

Eccl. 24. Mich. 3. Psal. 138 Sap. 1. Esai. 61. Matth. vlt. 1. Io. 5. Ioan. 1. Aug. de Trin lib. 7. Confess. lib. 7. Io. Dam. De Ortho. Fid. lib. 3. Aug. de Fid. ad Petr. Contra Maxim. Idem de Trin. 7. Esai. 7.

Filium generare; Filius generari à Patre; Spiritus Sanctus
Emanat. à Patre, & Filio ſpirari: vt ſit duplex in tribus Perſonis Emanatio, Generatio, & Proceſſio. Generatio Filij à Patre; Proceſſio Spiritus Sancti à Patre, & Filio. Cumque Deo ratione perfectionis tria tribuamus, Potentiam, Sapientiam, & Bonitatem; altero enim ex his remoto, perfectio non videtur conſiſtere; Potentiam tribuimus Patri, tanquam Genitori. Sapientiam Filio, tanquam Genito: Bonitatem Spiritui Sancto, tanquam amoris nexui: ne aut inualidam ſenectutem in Patre; aut ignaram adoleſcentiam in Filio; aut quid terribile in Spiritu Sancto credamus. ratione igitur non re differunt hæc in Deo. ſicut etiam Eſſentia, Subſtantia, Subſiſtentia, Perſona: quibus explicantur Græcorum Theologorum οὐσία, οὐσίωσις ὑπόστασις, πρόσωπον. vt diſtinctio fiat in intellectu, Diuinitatis, & Dei; Dei, & Perſonæ; vt in indiſtincta Trium eſſentia diſtinctam fateamur Perſonam: nec Perſonam ab Eſſentia, nec Eſſentiam à Perſona generari, aut procedere; ſed tantum à Perſona, Perſonam; à Perſona Patris Filium generari; à Patre, &
Proceſs. Filio Spiritum Sanctum procedere. vt ſit proceſſio duplex; Filij à Patre per modum naturæ, Spiritus Sancti ab vtroque per modum voluntatis. Quarum rerum ratione, cum tria dicantur bona in nos à Deo, ad vitæ meritum manare, Fides, Spes, Charitas; Fidei donum Patri tribuimus acceptum; Spei, Filio; Charitatis Spiritui Sancto. Ac de Tribus Trinitatis Perſonis, quæ ſingulis tribuantur in Theologiæ pertractatione, cum poſuerimus; nihil erit, quod quatuor in cæteris diſciplinis quæſita Elementa, quæramus; vt ex primo ipſo numero perfecto, quem ex tribus æqualibus conſtantem partibus, ſola metitur ter ſumpta vnitas, quid de Deo Trino, & Vno tenendum ſit, quid de ipſa Theologia Diſciplinarum omnium ſupremo Apice, videamus. Quis verò eum non omnia ignorare crediderit, qui omnium rerum principium ignorandum cuiquam, quantum in homine eſt, putet?

Pater. Pater igitur Prima Trinitatis Perſona, & primum quantum

tum

tum dicere fas sit, Principium, licet ab æterno Filium genuerit; quod Sacræ Litteræ produnt; nunquam tamen nisi quando venit temporis plenitudo, vt Mundo Filium daret, est Patris nomine renunciatus; & cognitus Patris appellatione. Ei ratione potentiæ, Mundi, & vniuersæ Naturæ creatio tribuitur; quam ipsomet reuelante, Moyses primus, ad futuram tantæ rei memoriam, litteris consignauit. Is enim docuit vnus, quod alioquin lateret, Deum principio creasse Cœlum, Terram, & ea vniuersa, quæ Cęli; ambitu continentur; tenebras fugasse; lucem induxisse; aquæ impetum repressisse in partem; Terram germinare imperasse: Soli, Lunæ, Stellis legem dixisse: animalibus aerem, aquam, terram implesse. hominem tandem tanquam totius operis decus, de limo terræ formasse. cumque hæc sex diebus peregisset, septima, quieuisse ab vniuerso opere, quod patrarat. Et in vnum ipsum hominē, de terra sumptum, cum spirasset Deus spiraculum vitæ; eundē Adam, quod terram significat, ad eius animi elationem reprimendam, vocauit; inter amęnas Paradisi delicias posuit; sine angustijs, placidissimam ducturum vitam; quamdiù beneficij memoriam voluntate prompta veneraretur. Cumquè in loco, omnibus bonis refertissimo, potestatem Deus fecisset edendi, quæ vellet; fructu tantum vnius arboris, inter cæteras insignis, interdicto; & eo dormiente, Deus ab eius latere sociam Fœminam extraxisset; eiquè, ne solus degeret, tribuisset; ea diuagata, serpenti, vt de vetito pomo ederet, hortanti, quò in ærumnas conijcerentur, auscultauit: gustatumquè fructum, viro dedit gustandum. virquè vxoris verbis illectus, factus Diuinæ immemor voluntatis, cum gustasset, vidit se nudum, iram Dei commeritum: Deo expostulanti fœminam accusauit; hæc serpentem. Deus in pœnam serpenti super terram gradi dedit; Fœminæ partus dolorem; Viro ducendam in laboribus vitam. & peruicaciam indignatus, vtrumque nudum eiecit de Paradiso: qui Deo infensi, indigentes, vt victum sibi pararent, terram coluere; filios procrearunt: & antequam vita cederent, (mortem

Z enim

enim sibi spreto pręcepto, comparauerant) plurimam viderunt nepotum propagationem. Quorum pars, Diuinis monitis audiens, Deum habuit indulgentē, sibi in omnibus pręsto. Pars verò quæ Dei contemptu in flagitia proruit, eundē infensum experta est. Cumque iam tandem, omnes in malum irent, vnius Noe iustitiam amplexatus Deus; eo cum suis tutando, construendam arcam imperauit; cæteros omnes diluuio absumpsit. Ex ipso verò seruato propagatæ iterum generationis; ne temeritas in cœlestia conspiraret, quod turrim, vt in Cęlum conscenderent, struerent; linguæ in omnibus intellectū confudit. at cum nec post hæc tamen prona in malum natura, Deo se crederet; solumquè Is Abraham sibi plurimum addictum cognosceret; in eius posteritatis amorem se contulit: ex Aegyptiorum seruitute, Moysis ductu, eā per mare siccis pedibus retraxit · in via miris modis de Coelo pauit: Lege obstrinxit: oculi sui pupillam vocauit. in viam gentium ne abiret, non semel repressit. constitutis Ducibus, ac Regibus, longa annorum serie, ei præsto adfuit semper. Ac tandem, quando temporis plenitudo aduenit; cum principio, in creatis à se Angelis reperisset prauitatem, eosquè nimia elatione commeritos, Cœlo exturbatos, in Infernum præcipitasset; hominemquè in eorum locum subrogandum formasset in terra; isquè etiam sibi Cœlum, spreto Dei præcepto, interclusisset; ne diutius Adæ pęna in posterorum longiorem protraheretur seriem; Filium suum vnigenitum misit; factum sub lege, vt eos, qui sub lege erant redimeret. Hæc ferè sunt, quæ Deo in vniuersum, seu ex tribus Trinitatis Personis, ipsi Patri tribuuntur. Iam quæ Dei Filio, alteri primæ rerum omnium causæ; eodem modo, in pauca etiam conferemus.

Filius igitur altera à Patre Sacrosanctæ Trinitatis Persona, de Cęlo missus, in Virginis Mariæ ex Abrahæ semine prognatæ vterum; nullo, aut virginitatis in Matre, aut suæ ipsius Diuinitatis detrimento; peregrè natus est; solo loco, nocte intempesta, vrgente hyeme, infans, exceptus præsepio, inter pauperes, cœleste paupertatis solamen, pauperrimus,

rimus, sapientia Patris infantulus, cęlestis Regni Possessor indigentissimus, Deus homo. Tantus, tantulus factus, in sui admirationem, Angelis, ac Stellis de Cęlo monstrantibus; æque, inter fascias infans, miris prorsus modis pellexit Pastores, & Reges; Rudes, & Sapientes. Bimus, cum cum Tyrannus ad internecionem quæreret; rabiem, in sinu Matris, euasit fuga. Anno ætatis inter mortales duodecimo, in Doctorum hominum consessu, in ipso sibi Deo dicato Templo, se Aeterni Patris sapientiam significauit. Confirmata ætate, à Ioanne Baptista in Iordane baptizatus; Spiritus Sancti, Columbæ specie, interuentu; cum se deserto locō solus recepisset, ibi quadraginta dierum ieiunio expleto, Sathanæ astū, eū calidè impetentem, cū profligasset; in hominū conuentum, hominum salutem curaturus, se cōtulit. duodecim socios de infima sibi plebe aggregauit, quos vocauit Apostolos. hos primum, deinde cæteros docuit, hanc vitam, quam in terris tenemus, veram vitam non esse: meliorem nos, nisi à virtute cadamus, in Cęlis manere. ideòquè præ illa, esse hanc contemnendam: & tunc ab ipsa nos cadere, quando quem Deo, & hominum vtilitati debemus amorem; diuitijs, luxui, desidiæ, odio damus. Ad peccatores non rarò diuertit, vt eos ad virtutem retraheret; se sequentibus, dira, & atrocia interminatus: eisdem, qui grauia hæc patienti animo eius exemplo ferrent, palmas, & coronas paratas in Cœlo, spopondit: ibi sedes, ibi regna. dummodo fortia, ei vni addicti; forti animo ferrent. Sapientiam huius Mundi, insipientiam in Cœlis esse: & quæcunque hic mala sensu instigante, ibi bona; quæcumque hic bona, ibi esse mala. ideòquè optimam sibi partem eligere, qui paupertatem, solitudinem, humilitatem, continentiam, nuditatem, despectionem, contumelias, calumnias eligunt; vt ex his ipsis seminibus, colligant in Cœlo beatitatem. Hæcquè ipsa exemplo magis quàm verbis docuit. Tandem quod publicè populum commoueret, gliscente Principum, ac Sacerdotum inuidia; accusatus, compræhensus, contumęlijs affectus; acclamante in Principum gratiam, Populo;

morti tanquam reus addictus, pluribus modis conſputus, cęſus, dilaceratus; in Cruce medius inter latrones duos; clauis affixus; felle paſtus; Deus homo, datus eſt neci. Lancea etiam, poſt mortem transfoſſus. quod immane ne videret Sol ſcelus, in tenebras ſe coniecit. Tanti Deo primi Parentis ſtetit dementia. Tribus poſt diebus, ſepulchro conditus nouo, Inferos adijt: ruptis clatris, pios Patres inde extraxit. tertia die reſumpto corpore in vitam redijt; ſuos non ſemel conuenit: miſcuit cum iiſdem ſermones, conuixit. Poſt dies quadraginta, ſpectantibus Apoſtolis, è terra eleuatus, in Cęlum inter Angelorum Choros aſcendit. vbi ad dexteram Patris, ſedet Redemptor; redemptos, in malorum Angelorum dedecus, ſibi proximè aſſeſſuros expectans. Inde etiam iterum aliquando deſcenſurus in nubibus Iudex, vt pro ſingulorum hominum in vnum adſtātium, mortuis etiam reſumptis corporibus, meritis, atque culpis, præmia partiatur, & pœnas. Ita mediator Dei, & hominum Chriſtus; Filiùs Dei factus homo, meritò eſt conſtitutùs: Sapientia in eorum patrocinium; qui ſapientiæ ſiti periere. humiliatus, vt ſuperbiam proſterneret; nudatus, vt auaritiam; flagris cæſus, vt luxuriam; in Cruce Patrem precatus, vt iram; conſputus, & colaphis cæſus, vt inuidiam; felle potus, vt gulam; ad ſpem animato latrone; vt accidiam.

Capital. peccata. Septem igitur in Chriſti morte, non fictæ, ſed veræ ſunt hydræ contrita capita; Superbia, Auariria, Luxuria, Ira, Inuidia, Gula, Accidia. ipſa non ſolum peccata, ſed peccatorum, tum capita, tum in profundum ſerpentes radices, ex quibus peccatorum plurima ipſa germina ſunt. Peccatum, Theologorum conſenſu finitur; factum, dictum, aut concupitum contra Diuinum Præceptum, Decalogo compræhenſum, ſeu denario; quo cum Deo conuenimus; lege firmata, quam ipſe Deus Moyſi in monte Synai olim dedit, lapideis duabus tabulis; cuius præceptis prioribus ex decem tribus, quales nos ipſos erga Deum præſtare debeamus, iubemur; quartò, quales erga Parentes; cæteris quales erga cæ-

Peccatū.

Præcept.

ga cæteros. vt Deum omninò iubeamur colere, mente, seu cogitatione, verbis, operibus; Parentes honore prosequi: Cæteros non exturbare; in bonis, vel naturæ, vel fortunæ, vel suis, vel aliorum; (tot enim in superioribus bonorum genera posita sunt) aut etiam optare exturbatos. in bonis naturæ exturbat plurimum, qui occidit: in bonis fortunæ, qui furatur: in suis, eius scilicet in quem peccatur, qui honestatem, lasciuijs dehonestat: in alienis, qui peierat, quod alterius detrahat famæ. Optando verò peccat, dum voluntate in alterius bonum fertur, vt illud arroget sibi, quodcumque sit. Atque dum non sibi debitum, alterius homo honorem optat, superbus dicitur; dum diuitias Auarus; dum honestatem, Luxuriosus. Superbiam facilè comitatur Ira, Auaritiam Inuidia, Luxuriam Gula, quæ omnia, vna parit Accidia; quam eandem quidam Desidiam dixere. Has igitur septem domitas belluas, in Christo cruci affixò intuemur: qui dum opprobrijs plenus moreretur; Consumatum est, dixit. Consumata hominis iam diù perditi redemptione. ideò ex eius aperto in contumeliam latere, totidem quot peccatorum sunt capita, medicinæ fluxerunt; Septem ipsa, quibus ditamur, illuminamur, in spem cælestium erigimur, Ecclesiæ Sacramenta: septem Christianæ Sacram. Militiæ tesseræ; seu vocemus columnas sapientiæ septem; septem. seu totidem Templi aurea Candelabra. Baptismus, Chrisma, Eucharistia, Pęnitentia, Matrimonium, Ordo, Extrema vnctio. Baptismo homo primum à labe originali emũdatur. Chrismate vestitur, atque armatur in bellum. Pęnitentia, lapsus in peccatum, releuatur in gratiam. Eucharistia cœlesti cibo nutritur. Matrimonio in incontinentiæ fuga roboratur. Ordine Deo vnitur. Extrema vnctione, in decessu mortalis vitæ, spe immortalis lætificatur. vt Baptismate lotus possit æternam vitam sperare; Chrismate inunctus, tuto cum Animæ inimicis bellum gerere; Pęnitentia ex peccati dolore, veniam, Sacerdotis ministerio, impetrare. Eucharistia, congruo tempore vsus, Dei iram placare. Extrema vnctione, in vitæ extremo, reliquijs peccatorum

leua-

leuari. Sacro Ordine Euchariſtiam conficiendi, & conferendi poteſtatem acquirere. Matrimonio, generationem ſine peccato propagare. Et vt ſingulis ætatibus ſuum ſit munus, primæ nudæ infantiæ eſt Baptiſmi lotio, ab originali peccato; quod tanquam à primo Parente contractum, humanum genus, non deſerit; niſi poſt Baptiſmum ritè adminiſtratum. Pueritiæ eſt veſtitus, vt frigora vitentur; animæ, honeſtati conſulatur; & inimicorum impetus, armis etiã ſuperinductis, retundatur. adoleſcentiæ, eaſdem veſtes, ſeu dicamus eadem armamenta, vſu contrita, ſarcire, aut recudere; aut etiam amiſſam valetudinem animæ curare, ad pedes ſtantis pro Chriſto, Sacerdotis. Eodemquè inſtanti de ratione victus prouidere in longum tempus, Euchariſtię vſu. Conſiſtentis ætatis eſt, porrigere (quod in Apocalypſi) manum, vel aquæ, vel igni; vel ſolitariæ, vel ſociali vitæ: ſolitaliæ Sacramentali inſtitutione; ſociali Matrimonio. In ſenectute, vel quocunque tempore ſit ex mortalitate recedendum, ab omni prorſus labe mundari, Extrema vnctione. Hæc ſeptem ſunt, quæ tanquam ex teſtamento, ſe ſequentibus reliquit Chriſtus; vt in eorum animis fidem, ſpem, charitatem, ſuas ipſas virtutes inſereret. ijſquè doceremur, nec vitam ipſam, nec diuitias, nec humanas induſtrias, aut honores, præter æquum amare: quin vitam etiam pro eius nomine profundere; diuitias contemnere; paupertatem ſectari; non cogitare de craſtino; honores aſpernari; & vitæ humilitatem tanquam decus, fouere in patientia. quod his gradibus recta in Cœlum, vbi Fides, & Spes deſiſtunt, nunquam excidit Charitas, via ſit. de qua, quoniam Fidem Patri tributam, Spem Filio, (quod ſpes prorſus omnis nobis ex ipſo ſit) vidimus; reſtat dicendum.

Spiritus Sanctus. Spiritus Sanctus igitur, Tertia Trinitatis Perſona, ab ipſis Patre, & Filio emanans, Nexus etiam vocatus, & Vinculum, Ignis, Columba, Digitus Dei, Vnctio, Aura, ſeu Ventus, Fons viuus, Donum, & Charitas. Nexus, & Vinculum, quod Patrem, & Filium connectat, & quodammodo vinciat: Ignis, quod Ignis ſpecie Apoſtolos expectantes,

poſt

post Christi in Cęlum ascensum, sit consolatus: Columba, quod tali forma, in Christi Baptismate apparuerit: Dei digitus; quod indicet gratiam: Vnctio, quod ignem, seu charitatem foueat. Donum, & Aura; seu quod Græci dicunt παράκλητος καὶ πνεῦμα, quod Spiritus vbi vult spiret: Fons viuus quod ab eo gratiæ in nos deriuentur: Donum, quod septiforme dicatur munus, ditans animam; Sapientia, Intellectus, Consilium, Fortitudo, Scientia, Pietas, Timor Domini. Est igitur Spiritus Sanctus Vis, Vigor, Vita, qua illuminamur, & deducimur ad salutem absque errore, & timore: timorem enim abijcit Charitas; cuius ratione Spiritus Sanctus Principium dicitur, & finis; qui enim non diligit manet in morte: quod ab eo gratia Spiritus Sancti, seu vita ipsa æterna, comparari non possit. Fide igitur per Deum firmata, ac spe roborata, per aduentum Filij in carnem; expectamus mortales, futuram gloriam; quæ nobis per eiusdem Filij aduentum est reuelata; quando ipse habitu inuentus est homo; vt nos diuinæ consortes naturæ, participes etiam gloriæ, cum mortale induerit immortalitatem, & corruptibile incorruptionem, simus: nisi peccato, resistentes gratiæ Dei, perpetuæ fęlicitatis loco in Cœlis; perpetuis in Inferno supplicijs deputemur. cuius maximi boni, & mali, dum in corpore mortali sumus, in nobis est optio. qua tamen optione, nefas sit dicere, impediri vllo modo Deum, quo minus præscierit à principio, ac omninò prædestinauerit, quid de singulis futurum sit. ideòquè merito quicquid in nobis est boni, dici à Deo esse: qui ne inimici irritamentis capiamur, dat singulis etiam Custodem Angelum, vt partes nostras diuino robore tueatur. insidiatur enim Diabolus, adhuc superbus, ne sibi erutum in Cœlis locum, videat homini de terra sumpto, tributum. hac inuidia malorum omnium fomite, excruciatus, nefarias vires, excitis etiam Mundi, ac Carnis illecebris, vt & caro concupiscat aduersus spiritum, & Mundus foueat carnis consilia, vtitur. & rem curat pro suo more vaferrime.

Dona Spiritus Sancti.

Præsc. Prædest.

Custod. Angel.

Esse hominis animam immortalem, nempè incorpóream sub-

Anima.

ſubſtantiam, intellectualem, illuminationis, ſeu diuinæ cognitionis capacem; ſed vltima reuelatione; ſcilicet creaturam Angelo inferiorem, cum ab ipſo huius illuminatio pendeat, niſi immediatè à Deo: & ad beatitudinem etiam cum corpore tanquam ipſius formam, ordinatam; Deiforme ſpiraculũ vitæ; cum ſpiraculũ vitæ immiſiſſe Deum in Adam Sacræ Litteræ tradant; quo ſignificetur etiã eam non deforis aduentare, ſed creari, atq. infundi, ſeu infundi ſimul, atque creari, & ex ea eſſe ipſam hominis vitam; nulla dubitatione à Deo edocta, docet Theologia. eandemquè perfectam eſſe ratione immortalis naturæ, imperfectam ratione admixti corporis, à virtute eam retrahentis. ideòquè dicuntur ſpiritus, & caro contrariari. Anima etiam tanquam ἄνεμος, ſpiritus mens, intellectus, animus, ratio, memoria, voluntas dicitur; quorum nihil ſub ſenſum cadit, quod ſenſibilem non habeat, aut quantitatem, aut qualitatem. Frequentatis tamen in corpore actibus, virtutes acquirit, & quantitatem poteſtatis, atque virtutis habet: licet augeri, aut minui per ſe non poſſit. parua, & magna, ſicut bona, & mala, ratione ſolius virtutis: & ex innatis potentijs, paſſiones ſentit, tum innatas, tum illatas; habitus tum infuſos, tum acquiſitos: potentiam imperatiuam, aut ſuperiorem, aut inferiorem portionem: hinc ratio motiua; liberum arbitrium, atque ſynderesis. liberum arbitrium voluntatis; ſynderesis libidinis, ſeu libitus, atque appetitus: ſynderesis neque à damnatis remota.

Gloria. Animæ felicitatem Theologia, tum dantis gratia, tum ſuo accipientis merito, ſibi paratam, Gloriam vocat. tãquam bonorum omnium aggregationem laudatiſſimam, Gratiam bonum elargitum, nulla habita merentis ratione, ſed dantis. maximas gratias in Angelos Deus contulit, cum à principio eos gloriæ ſuæ fecerit tanquam ſocios, nullis meritis in-
Gratia. tercedentibus: paulò verò minus ab Angelis, quod ait Dauid, gloria, & honore coronatus eſt homo, conſtitutus ſuper opera manuum Dei; ad æternam ipſam beatitudinem datur autem gratia merendi, quæ dicitur gratum faciens.

ipſo

operante Spiritu Sancto, qui illuminat sensus, & corda, quando vbi vult spirat. hæc ipsa perficere animam, & Deo adiungere dicitur sola; eaquè deficiente deficere: purgat quippe affectum, & mentem sola perfundit lumine; meritum in operationes ingerit, alias mortuas; eo quod immerentes: hæc virtutem gratuitam vna facit, & iungit Deo: cui, liberi nostri arbitrij, applicato consensu, etiam dicimur per nos mereri; dum forti virtute, fomiti carnis, appetitu cum suis illecebris frustra adnitente, obstamus. hanc Diuus Paulus, legem membrorum, repugnantem legi mentis, vocauit. ita meritum sibi homo comparare viator dicitur, de congruo, digno, aut condigno: præueniente tamen semper necessariò ipsa Dei gratia, vt tandem in Cęlo appræhensor fiat. Licet enim nobis cum Deo, aut Diuina largitione; Arithmeticæ, seu commutatiuæ non sit Iustitiæ locus; de condigno tamen mereri dicimur, si aliqua saltem Geometricæ, seu distributiuæ proportionis forma, inter meritum, & pręmium, videatur aliquo modo Intercedere, dono Gratiæ Dei. Hac in malum pronitate immunes, in Cœlo, tanquam firmati in gratia, homines sancti, in gloria, ipsa Dei visione, fruuntur cum ipsis Angelis; à quibus paulò minus diminutos homines dixit Prophera. Finitur verò Angelus, tanquam Substantia intellectiua, incorporea, immortalis, mobilis, voluntate Deo propinqua, ipsiusquè per gratiam ministra. id enim indicat ipsum Angeli nomen. Corpore, & sensu caret. ideò loco dicitur non terminari, sed definiri: libero arbitrio moueri, sed semper post Luciferi casum, firmata gratia, in bonum. Intellectus, quo plurimum Angelus præstat, Theophania est; Deo ipso, mediatè, vel immediatè, ei se reuelante; cognitione (quod docet Theologia) matutina, vespertina, meridiana, Rerum in Verbo, in se ipsis, & aperta Dei visione: immediatè dum Deo assistit; mediatè dum intuetur Deo proximiores. ita dicitur circulari moueri motu, ex reflexu in Deum se ipsum manifestantem; recto dum, aut inferiorem illuminat, aut inferior illuminatur; obliquo dum inferiorum in Deum co-

Meritum triplex.

Angelus

gnitionem reflectit. Tres Angelorum Hierarchiæ, quod ternis ordinibus cæteris Beatis præstent, dicuntur. vt prioribus; Cherubin, Seraphin, & Tronis tribuatur potentia; secundis; Dominationibus, Principatibus, & Potestatibus, Sapientia; Tertijs; Virtutibus, Archangelis, Angelis, Bonitas. quò Deus dominari, regere, ac tueri, noscatur. Nec humanam formam, nec locutionem ab Angelis remouemus, adolescenti enim ætate, vestibus oblongis, vario colore, intonsis comis; musicis etiam instrumentis addictos, picturis monstramus; vt perfectum, aliquo modo, eorum gaudium indicemus. alas addimus, vt agilitas inde etiam pateat. vultui tamen soli, alas appingimus, dum Cherubin, aut Seraphin volumus indicari, quod ita putemus eos aliquando Prophetis adstitisse. Locutio ijsdē mentis, operis, oris, tribuitur: Mentis, dum Deum, aut Angelos intuentur; Operis, dum hominem rerum sensibilium vsu, monent; oris, dum assumpto aereo corpore, etiam voces formant. primo modo Michael cum dracone pugnauit, idemquè animas in Cœlum defert. Secundo, Raphael incolumem Tobiam duxit, reduxit. Tertio, Gabriel Beatam Virginem, Dei Matrem futuram salutauit. A tanta Angelorum in Cęlis gloria, præstantissimus omnium Lucifer, in superbiam elatus, præceps cum sibi addictis, cecidit; & luce in tenebras commutata; fœdata, miris prorsus modis pulchritudine; Deo, Angelisque, etiam plurimum hominibus infensus, nihil pertinaci voluntate antiquius habet, quam vt Dei operibus insidietur; hominemquè ipsum, præter ipsiusmet Dei voluntatem in sui ipsius perniciem, trahat astu.

Lucifer Malus angelus.

Bonis igitur aduersati à principio, Mali Angeli, Deo infensi, quantum possunt insidiantur; ex gloria in contumeliam, ex gratia in pęnam, ex amore in odium, ex gaudio in luctum, ex vita in mortem deiecti. cum mors acerrima eorum sit vita. Dicti Diaboli tanquam carcere clausi. Princeps Belial absque Domino; Beelzebub, vir muscarum, Satan aduersarius; Behemoth, bestia; Leuiathan, additamentum peccantium. Sed sicut æqualis in ipsis non fuit culpa,

Diabol.

pa, ita nec æqualis est pęna; nec locus idem: e singulis ordinibus, quantum peccato recesserunt, tantum loco disiecti. ideò in æthere, in igne, in aqua, in terra, & sub terra, aliqui etiam vagantes, pęnas luunt: hac ratione dicti, ætherei, ignei, aerei, aquei, terrei, subterranei, vagi. Aetherei circa Planetas, ex his operantur. Sublunares Regionibus singulis noxij: Ignei circa ignem: Subterranei, qui apparent fodientibus puteos, & metalla: terram concutiunt, terrestres, montani, syluani: Vagi, qui stare loco non possunt; sed vndique impelluntur, vt Dei permissu homini insidientur in bonis animi, & corporis; maleficijs, incantationibus fascino: in bonis etiam fortunæ, quod plurimum apparuit in Iob; potestate à Deo facta, vel ad fallendum fallaces; vel ad probandam patientiam; vel ad mouendum fideles. cum nec tamen eis visibilis materia ad nutum seruiat: nec quicquam creent; cum id proprium Dei sit. videntur verò; quod in corporeis latentia quædam semina, à Deo indita, ipsis sint nota; his ipsis assumptis, ac congruè dispositis, permittente Deo, creare etiam quædam: cuiusmodi coram Pharaone Magorum ranæ, atque serpentes fuerunt. fascino quin etiam faciunt aliquando, vt res, quales non sunt appareant visu.

Hæc ferè, ipsa pluribus modis, vna discutit, atque docet Theologia: quæ cum Fortitudini, Temperantiæ, Prudentiæ, Iustitiæ; Fidem, Spem, Charitatem adiungat; septenario numero absoluto, tanquam epitritæ addita emiolia proportione, integrā humanæ virtutis perficit harmoniam. quo constet absque Pietate, ac Religione, cæteras virtutes quam minime per se esse. Iam quod reliquum est, ipsam Theologiam cæteris omnibus Disciplinis indigere, tanquam fastigium, parietibus super impositum, facile demonstrabimus; nulla superioris ordinis discrepantia:

Et primo Grāmaticis rudimentis. nec solius Latinæ Linguæ; quin etiam Hebrææ, & Græcæ. id tanquam indicatum videmus, in triplici hoc idiomate, affixa Cruci inscriptione. Theologiæ totius fundamentum Biblia, tanquam per anto- Theol. Gramm. Biblia.

Testam Vetus, & Nouum. nomasiam, libri librorum dicti, Vtrunque Testamentum, Vetus, & Nouum. Vetus, quod tempore præcesserit, sponsione terræ fluentis lacte, & melle, vocatum; Nouum quod consequutum sit; non fluxarum sponsione rerum, sed cælestium; morte intercedente non hircorum, aut vitulorum, sed Filij Dei; immaculati in sacrificium Agni. Sacra etiam Scriptura; Verbum Dei; Epistola Omnipotentis Dei ad creaturas (quod ait D. Gregorius) vocantur Biblia; Veteri, ac Nouo Testamento compræhensa. Veteri enim lex, per se aspera; nouo Euangelium, bonum nuncium, est promulgatum. Et sicut ex Veteri verbo Dei Cœlos firmatos, ita ex Nouo Verbum carnem factum docemur. Cum ergo Sacris Scripturis ad nos peruenerit Theologia; nec Scripturas scrutari possimus, absque præuia Grammatices instructione; ideò Grammatica Theologicis, sicut cæteris, discendis preponitur spectanda. Cumque vetus ipsum Testamẽtum, Hebræis vocibus, sit à primis Ecclesiæ Christi incunabulis, prædicatum; deinde translatum, Græcorum commoditati; tandem latinè exceptum; nemo est, qui non videat, plurimum facere ad Theologiæ veram intelligentiam in tribus his, Grammaticis monitis institisse. Et indubium licet à plurimis reuocetur, an eadem omninò sit, an immutata lingua, qua Biblia, Esdræ diligẽtia absq. punctorũ vsu, chartis mandata, ad nostram vsque ætatem peruenere; cum ea ipsa, qua Primum Parentem Adam alloquutus est Deus; cum sicut in cæteris rebus, quarum est homini vsus, ita in linguis grassari videatur vicissitudo; piè tamen credimus, eâdem, Dei munere, seruari incolumem, tanquam primum erga homines Diuinæ munificentiæ signum. ideò Hebræis vocibus, de Cœlo, virtutem adeò inditam arbitramur, vt in sacris etiã religioni aliquarum fuerit semper, & adhuc sit, vsus. Quin ex Hebræis ipsis Bibliorum characteribus, congestis hinc inde, qui Chabalistæ ideò dicuntur, tanquam reuelatores, occultarum doctrinarum mysteria extrahi produnt. Quoniam verò apud Græcos, eorum idiomate, grauissimæ sunt, collectis Synodis, Quæstiones de Theo-

Theologia discussæ, & firmatæ; primiquè sacri Doctores græcè Theologiam explicarunt; & Græcis vocibus primorum Heræticorum errores sunt damnati; ideò Græcis litteris imbutum esse Theologum, & decet prorsus, & iuuat. De Latina Grammatica, nihil est, quod vllam inijciat dubitationem; cùm Latinis Litteris vniuersam habeamus Theologiam explicatissimam; gratia Dei, in Sãctos Doctores collata. Et plurima videmus in Theologia, tribus his linguis, Orthographiæ, Prosodiæ, Ethimologiæ, & Syntaxis ratione explicari. quin ab ipso Adam, Eua tanquam de viro sumpta, est Virago vocata.

Geometricis etiam Principijs, facilè videri aptata potest Theologia; cum & puncti, & lineæ, & superficiei, & corporis, in Sacris Litteris sit frequens vsus. Recti etiam, flexi, curui, sphærici, parui, magni, simpli, & compositi; termini, principij, medij, finis; partis, totius; sub, supra. In, inter, ante, retro; loci; locati. Eo pertinent Recta via virtutis; Arcta, quæ ducit ad vitam; Ampla, quæ ad mortem: Magna merces; Camelus per foramen acus; Pusillus grex: Paruulorum esse Regnum Cœlorum: Ego in Patre, & Pater in me est: Qui me misit est maior. Qui non colligit mecum dispergit: In domo Patris mei mansiones multæ sunt. Ijsdem etiam principijs constat, quid sint Humilitas, & Superbia; Charitas, & Auaritia; Geometrica distribuendi ratione. Theol. Geomet.

Arithmeticis etiam principijs plurima sunt, quæ nos docet Theologia. Primum omnium mysterium Sanctissimæ ineffabilis Trinitatis, in vna Diuinitatis Essentia. Tres esse, qui testimonium dant in Cœlo. Duobus mandatis vniuersam legem pendere. Et cum omnia complexus sit Deus in Numero, Pondere, & Mensura; & in numerum redigi omnia necesse sit; nihil est, quod in Theologia numerorum rationem vndique latentem, rarò reuelatam, in breuitate, quam sectamur, inuestigemus. Quis enim breuibus possit numerorum plurimos vsus in Sacris Litteris explicare? Cur Deus post rerũ creationem, septima die, quieuisse ab opere Theol. Arithm.

perfe-

perfecti Vniuersi dicatur; cur octaui, noni, aut decimi nulla sit mentio; cum tamen decem teneri præceptis legem voluerit: cur dicantur millia millium Deo ministrare, & decies centena millium; & in Apocalypsi, cur duodecim per singulas tribus, millia signati: cur septem saluati in Arca; cur quadraginta diebus, fuerit Moyses in Monte Oreb cum Deo; cur totidem annis, dilectus populus, per desertum vagatus; cur Christus totidem dies in ieiunio; cur Apostolos totidem, quot Tribus erant elegerit; cur Discipuli 72. quid idem Dominus per vnum, duo, & quinque talenta significauerit: quid per tertiam, sextam, nonam, vndecimam operandi horam: quid Denarium: quid centuplum accipere: quid turbari erga plurima, vnum necessarium esse: quid duo denarij: triginta argentei: triginta octo anni infirmitatis: centum quinquaginta tres Pisces Petri, in dextera nauigij, captura; quid tres dies in monumēto: quid quadraginta post Resurrectionem, & ante Ascensionem in Cœlum; quid missio Spiritus Sancti, post quinquaginta dies: atque huiusmodi plurima, quæ Deus, cui vult reuelat.

Theol. Astron. Astronomicis etiam rationibus, videri possunt in Theologia constare quædam. vt supputatio temporis, & Solis cursus, pro Paschatis, & cæterorum Festorum celebratione, quod quandoq. in Ecclesia magni ponderis negocium fuit. Scrutari etiam, Cur Deus in rerum creatione aquas sub firmamento dicatur diuisisse ab his, quæ supra firmamentum erant: cur Abraham Stellas iusserit numerare: cur de Cœlo signa, Populum Israel duxerint per desertum: cur Stella, & cuiusmodi, duxerit ad Christum Magos: quòd sit tertium Cœlum, vbi raptus, arcana verba audiuit Paulus Apostolus: quomodo obscuratus sit Sol in Domini Passione: & quando idem ad iudicandum venerit, quæ erunt signa in Sole, Luna, & Stellis: quomodo de Cęlo sint Stellæ casuræ: quomodo Cęlorum commouendæ Virtutes.

Theol. Cosmog. & Geog. Cosmographiæ tanquam imaginem, retinet Theologia; in Inferni, Limbi, Purgatorij, Paradisi intellectu. In intellectu Barathri, Tenebrarum exteriorum; Sinus Abrahæ, &

Geo-

Geographiæ, in Paradisi terrestris, Vallis Iosaphat, vbi est Iudicium extremum futurum: inuestigando etiam quomodo Deus sit operatus salutem in medio terræ: & quomodo in omnem terram sonus Apostolorum, & in fines Orbis terræ exierint verba eorum: Vbi posita Terra sit Promissionis, Cananæa, Iudæa, Palæstina, Aegyptus; in qua Puer Iesus ab Herodis ira aufugit; & Ioseph à fratribus vēditus Ismaelitis, in Regni partem, Patrem, & Fratres accepit. Vbi fuerit transitus Maris Rubri: vbi desertum, in quo præuaricati sunt Israelitę, & contra Deum murmurantes vitulum adorauerunt: vbi tactu virgæ, petræ dederunt flumina, pluit: manna: vbi Tentoria fixerunt: vbi Mare Tiberiadis, in cuius ambitu, plurimum Dominus versatus est. Et his etiam similia.

Musicam, Theologiæ vsui esse, præter cæteros, in suis de Musica libris, Sanctus Augustinus mōstrauit. in eorum enim sexto, ad instillandam in animis hominum pietatem, facere eam plurimum, contendit Vir Sanctus. Ideò tanquam rem gratam facturi Deo Israelitæ, post transitum Maris Rubri, canticum cecinerunt. Ideò Dauid Populum hortabatur in tympano, & choro; in chordis, & organo, & cymbalis benè sonantibus, laudare Deum. Cum verò triplex præcipuum sit genus Musices, Doricum, Phrygium, Lydium; cur Doricum præ cæteris Deo tribuendum censuerint, tum Philosophi, tum etiam Sancti; qui Diuo Gregorio Summo Pontifice monente, in Diuinis laudibus, hoc ipsum tenendum sanxerunt, Theologiæ est speculari; & videre, an hoc sit vnum Deo tribuendum, tanquam omninò optimum, integrum, & prorsus infractum; nil habens molle, aut petulans; in Diatonica modulatione, positis tonis octo; variandis, pro euentu rerum, malo, vel bono, & pro locorum, vel temporum varietate. Cum Spiritus Dei malus inuaderet Saul, psallebat Dauid; vt Regis animum leuaret. Nato Domino in Præsepio Angeli cecinerunt, Gloriam in excelsis Deo, & in Terra pacem nunciantes. Cumque Angelis Musica passim instrumenta appingantur, Theologorum est formam,

Theol. Music.

mam ; & Angelorum cantus, qui sint docere.

Theol. Logica. Nec Logicis caret, quin eisdem, in rationis ipsius vsu, nititur Theologia Principijs; sed Dei, Principij primi auctoritatem, cæteris præfert, cum Philosophicis etiam vtatur, nisi Diuinis repugnent. Syllogismi, licet formis perfectis Sacræ Litteræ non constént; ex præmissis tamen Sacrarũ Scripturarum auctoritatibus, tanquam Principijs, Syllogismos formans Theologia, ad Hæreticorum retundenda sophismata, scholastica dicitur; quod eius tantummodo in scholis doceamur vsum. nec à Syllogismo abstinuit Christus; Cum à principio, Platonis potiùs, quàm Aristotelis Philosophiam, Theologia admitteret; de Syllogismi forma, fuit ad Aristotelis legem, pertenuis cura. Hæreticorum verò perfidia, Aristotelis captionibus, cum plurimos traheret in veritatis, tanquam falsitatis contemptum; Aristotelem etiam ipsum, ad malorum retundendam fallaciam, adijt, sed pijs manibus, Theologia. ita plurima sunt disputata, & declarata, in eorum contemptum, qui Spiritui Sancto resistunt. Et ad hunc ipsum modum formatæ Theologiæ, Diuus Thomas Aquinas, & Ioannes Duns Scotus, lucem maximam attulerunt: Syllogismis deductis, more Logico, à maiori ad minus, à minori ad maius; à contrario, simili, dissimili; æquali, inæquali; eodem, genere, specie, numero. finitione, diuisione, compositione: Orthographia, Prosodia, Aethimologia, Syntaxi etiam, spectatis. Et tanquam Syllogismus ipsamet videri vniuersa potest Theologia. Cum sit eius tanquam maior terminus Deus, & vita æterna; minor ad vitam æternam deducendus Homo; tanquam medius terminus, Mediator Dei, & hominum, Deus, & homo Christus. hinc cæteræ, ad hanc vnam ordinatæ, in Theologia, illationes, facilè apparent.

Theol. Rhetor. Nec à Rhetoricis monitis Theologia abhorret: Quin Sacræ Litteræ solis Rhetorices vtũtur formis: quibus astruendis tanquam veris, adhibent causas. ita visus est ipsemet Deus à principio syllogizari, dum interdicto Adæ pomo, addidit; in quacunque hora comedisset fore ei mortem in-

termi-

terminatam. qua ratione, tanquam falsitate proposita; serpens mulierem in malum traxit. eadem vsa est mulier, vt culpam à se, in serpẽtem leuaret. eadem Adam, in mulierem refundens. Enthymematicè igitur in Sacris Litteris, viam vitæ, homines rationibus instantes docemur. ijs Scholastica ipsa Theologia, syllogismos, quandocunque expediat, format; maiori addita propositione. Nec elocutionis virtutem eadem Theologia aspernatur, ad hominis animos excitandos in Dei amorem; & sibi curandam æternam felicitatem. Ita videmus, ab Ecclesiæ Christi incunabulis, Sanctos, in hominum conuentu, disertè locutos, spiritu Dei cooperante, auersos animos Deo addixisse. munus tanquam nobilissimum, Episcopis demandatum; inde ad cæteros etiam Sacerdotes deuenit: quod Diuus Paulus prædicandum, instandum, oportunè, importunè præceperit. quin ipse Dominus Apostolos prædicationi, tanquam Oratorio muneri destinauit. & ipsemet se ad prædicandum, & euangelizandum missum dixit. cumque inter loquendum, syllogismi forma, aut semel, aut bis, teruè; exemplis verò plurimis idem sit vsus; tanquam Rhetoricis rationibus, ad affectus, in sui amorem permouendos; docuit, Rhetoricam non esse à sacris aditis remouendam; quin pro pietate inculcanda, Theologiæ sit presto.

Poeticos etiam numeros, in Diuinis laudibus decantandis, in explicanda Dei pietate, in hominum animis virtute firmandis, Theologia admittit. Metaphoræ etiam crebro vsu; eodem modo, quo in cæteris solent Poetæ. quod monuit prȩter cȩteros, Deo dilectus Dauid, in ipso Psalmorũ Deum laudantium, contextu. vbi vndique etiam Theologica arcana, tanquam auro gemmæ, innectuntur. Canticis igitur excepta Theologia, nihil suæ detractum sentit maiestati; dummodò suis, non in mollitiem, aut luxum vergentibus, sed pietate plenis, stet modis. Prophetas etiam ferè omnes, Poeticis numeris locutos, voluntatem Dei pronunciasse, & ad pietatem Populum animasse, est pluribus persuasum. Theol. Poesis.

Theol. Philof. naturalis

Quòd verò attinet ad Philoſophorum Naturæ ductu indagationem, non à Philoſophis accipit Theologia veritatem; ſed ipſa, eos verum in falſis docet; eo quòd non hęſitet, ſicut in plurimis Philoſophia; ſed à Deo edocta vna, non poſſit, non certo ſcire. Cumque vel de Rerum natura extra hominem Philoſophia, vel de homine ipſo ſit; & extra hominem, plurimæ ſint de Loco, Tempore, & Motu diſceptationes; ideòquè rationes prorſus contrarias ex iiſdem principijs deducat; quod aliqui putent nunquam Mundum cœpiſſe, ſed ſemper perpetuò duraturum, alterari; idquè monſtrare ſatis apertè putent, cœli motum in gyrum, cuius nullus ſit terminus, nulla quies: aliqui verò cœpiſſe quidem aliquando dicant, ſed qua ratione, aut cuius boni gratia ignorari: & aliquando cœpiſſe Mundum, & à Deo de nihilo fuiſſe creatum, & ad hominis bonum, & aliquando eſſe etiam deſiturum, docet vna Theologia. Cumque de ipſo homine, ſit plurimum inter Philoſophos dubitatum, cui vſui ſit in viuis; quare intereat, & an totus intereat; Theologicis reuelationibus, apertiſſimè à Deo creatum fuiſſe, vt præeſſet cæteris animalibus, & in omnes dominaretur, tandemquè potiretur Cęlo, patet. & eundem ſibi per ſe, ſpreto Dei pręcepto, cõparaſſe corporis mortem: animam verò, aut gaudia in Cœlo, aut pœnas in Inferno pro commeritis, perpetuò manere. Ac licet ipſe Naturam Deus formarit, eiquè ſuas fixerit leges; ſibi tamen ſtare perpetuò, in Naturæ etiam facultates, imperium. quin, eandem non rarò facultatem Sanctis ſuis tribuere. Et quas dicunt Philoſophi Laruas, aut Lemures, quod putarent homine multo etiam præſtantiora gigni, modica, aut nulla terræ, concretione animalia; Theologia huiuſmodi ſpiritus fuiſſe Dei nutu, in pœnam peccati, de Cęlo amandatos, in Terræ, & Inferni anguſtias, docet. Eoſdemquè hominibus perpetuò in terris inſidiari; quin etiam in Inferno eos, niſi ſibi benè ſalutem curarint, malis modis diſcruciare. hoſquè Dęmones, tanquam Dei, & virtutum inimicos, cõmouere etiam aliquando, Dei permiſſu, Naturam, præſtigijs

vt

vt mala inferant. Deum contra, & Sanctos Naturæ nunquam suam facultatem detrahere, nisi in hominis bonum. & his, Miraculi nomen indidit Theologia, quibus plurimum se ipsum manifestauit Deum, Dominus Noster à principio Conceptionis, vsque ad Ascensionem in Cœlum. eamdemquè facultatem reliquit suis; dummodò in fide non hæsitent.

Aethicis verò virtutibus, non labefactari, sed profectò iuuari Theologiam, & Theologicas Virtutes, superiùs dictum est. humana enim bona augent, non minuunt diuina bona: in qua semper virtutibus vnitæ fortiùs prorsus agunt virtutes. Theol. Aethic.

Ideò nec destruit, quin etiam ædificat maiori conatu, Familiam, & Rempublicam, Theologia. Vt maximo prorsus merito, ipso Reipublicæ nomine, tanquam honoris signo, gaudeat, se Christianus Populus Christianam Rempublicam dici. in qua, Christum Moderatorem in Cœlis; cuius vicem in terris Summus Pontifex tenet, agnoscit. Hic vnus Petro Apostolo traditam auctoritatem hæreditatus, vtraque claui insignitus, meritò cæterorum omnium auctoritatem sibi subigit. Et perfectiori modo Rempublicam, ex ijs, qui spontè se ipsos, nuptijs, atque illecebris aspernatis, addicunt Deo, sibi proximè addictos, fouet. Eius speciem Dionysius Areopagita primus aperuit. Suntquè in ea ipsa tanquam Optimates Cardinales, qui Summo Pontifici in serijs: stant à consilio: Patriarchæ, & Archiepiscopi; qui plurium Ciuitatum saluti inuigilant: Episcopi, qui vnius tantum: Parochi, qui tanquam Patres familias, panem frangunt, & in singulos tribuunt. vt Domus Dei, quo conuenimus reficiendæ animæ, sit ipsa Ecclesia, vbi Sacramenta in ipsius pastum exhibentur. Sunt etiam Canonici dicti, qui tanquam Cardinales assidunt Episcopo. horum primarij Decani, Præpositi, Primicerij, Archipresbyteri, Archidiaconi, Vicarij, Præsbyteri, seu Sacerdotes: & Sacerdotio initiati, Diaconi, Subdiaconi, Acolythi, Exorcistæ, Lectores, Ostiarij. Sunt præterea Religiosi Conuentus. Mo- Theol. Accon. et

naci.dicti, Cœnobitæ Heremitæ: eorumquè Præpositi Abbates, Priores. quorum numerum, spiritu Dei agente, videmus in dies, Charitatis institutionibus, crescere.

Theol. Medicin. Habet etiam tum Medicinæ, tum Iurisprudentiæ formam Theologia. Animam enim ad corporis similitudinem meritò tum valere dicit, tum ægrotare; valere, si sit absque peccato; ægrotare, si peccato infestetur. vt peccatum sit, ipsa Animæ febris: & differre peccatum à peccato, sicut differt febris à febri: vt nullo modo possint peccata æqualia dici. & sicut morbi in corpore, ex quatuor non benè commixtis proportionibus, in vitæ damnum consurgunt; ita etiam defectus, aut excessus amoris, odij, spei, metus, tanquam caloris, frigoris, humiditatis, siccitatis, morti destinant Animam. Et febrium similitudine, peccatum dicunt, esse tanquam Ephimeram Veniale: tanquam putridam Mortale: tanquam cronicam Habituale. Et quoniam ægrotantes corpore, fastidiunt cibos, corrupto gustu; & siti affli̇ctantur; conijcimus eos, animæ intemperie, malè habere, qui animæ cibos Sacramenta, Verbum Dei, Orationes, Ieiunia, Elæemosinas, ac cætera pia fastidiunt opera. Tanquàm de animæ venenis differit Theologia, de Superbia, Auaritia, Luxuria, Ira, Inuidia, Gula, Accidia. Malèquè intus habere animam, defectu Fidei, & Spei; extra, tanquam in carne, & cute, defectu charitatis; quæ se in opera ipsa dicta Misericordiæ, effundit. Curandæ Animæ conijcimus medicamentum præcipuum esse infusionem gratiæ Dei. quam tanquam pharmacum ciatho accipimus, quasi ex decoctu aquæ, olei, verborum Sacramentis, quæ gratiam, Medici virtute, tum significent; tum etiam conferant; & integram restituant valetudinem. Sicut verò corpore curari volentes, Medicum aut adeunt, aut accersunt; narrant morbi principium, incrementum, causas, atque symptomata; ita qui amissam animæ valetudinem, cupiunt recuperare, Sacerdotem adeunt pœnitentes; auxilium, ex eius salutari medicina implorant; monita auidè excipiunt; & imperata diligentissimè exequuntur. Sacerdos verò audita morbi natura

ab

ab ægroto languenti, de medicandi ratione cogitat: an minuendum sit, an addendum: seu an elæmosinis sint redimenda peccata; an dieta, eaquè longa, vel breui. idquè discernere maximum est, sicut diximus Medici, Sacerdotis negocium. cui iuuando, sunt etiam tanquam medicinales libri, quæ dicuntur, Theologorum longo vsu, Summæ Casuum Conscientiæ; tum de morbis, tum de medicandi ratione. quibus sunt sua etiam Aphorismata. inter quæ illud in primis, Morbis animæ grauibus, nisi dolorem pariant, mortem indicari: si pariant vitam. Esse bonæ recuperandæ valetudinis indicium, vt sudorem ratione corporis, ita ratione animæ lacrhymas à peccatorum dolore excitas. benè sētire de diuina miseratione, sine bonis operibus, absq. delirio nimiæ presumptionis nō esse. atq. huiusmodi.

Isque idem, qui Medicus Sacerdos à Confessionibus positus, proPœnitenti de perpetratis peccatis, Actor etiam, seu etiam Iudex, in componendis inter Deum, & reum hominem controuersijs; in foro, quod conscientiæ etiam vulgò dicitur, immutata aliquantum similitudine, videri potest. Dum enim ablatam sibi reposcit præceptotum suorum obseruantiam Deus; Reum in foro ipso conscientiæ, conuenit; Actorem, seu Aduocatum, eumdemquè Iudicem sibi constituit Sacerdotem, Reus. ac deductis rationibus, si, quod Reus non sit soluendo, bonis cedat; dummodò se debere intelligat, & pietatem imploret miserentis libenter Dei dolētium peccatorū, re iudicata, in integrum facilè restituitur. cum non nostris calamitatibus, sed nostræ saluti inhiet Deus: & forum adeat, vt lis cedat in nostrum, sibi omnia debentium, bonum.

Theol. Iurisprudē. duplex.

Præter etiam conscientiæ forum, habet Iurisprudentiam in Ecclesiastica Republica Theologia; quando de rebus sacris, & circa sacra, disceptare, ex defectu charitatis contingit. & prouidendum est, ne malorum astu, quid mali patiatur ipsa Respublica. Huiusmodi Iurisprudentiam, Ius Canonicum à Veteribus vocatum accipimus; quod suas, de Diuinis Leges, Canones, tanquam Regulas, seu Mensuras, Summi

Theol. Iurisprud. Eccles.

mi Pontifices, quibus huiusmodi formandarum legum semper onus incubuit; & conuocata Episcoporum Concilia, dixerint. In his, cuiusuis ordinis munere explicato, docemur Summum Pontificem, Romanæ, siue Vniuersalis Christianæ Ecclesiæ esse in Terris caput. deriuante in eum potestate, à Domino Nostro Iesu Christo, antequam in Cœlum conscenderet, Petro ipsi Apostolorum Principi, data. ab eo, in Episcopos dimanare: ab his in Parochos: vt debitus cultus, quantùm per nos licet, Deo tribuatur: & diuinis stet honos: præsertim Spei, Fidei Charitati; ad Euangelicarum monitionum præscriptum. vt Sacris sint proprius locus, proprium tempus, & propria munia. Sacros homines, non sacris, siue Laicis præstare: & ideò in Republica præfulgere immunitate; vt tanquam Deo addicti, hi conuersationes suas in Cœlis habere teneantur: vt ideò celibes, & casti nihil de prole in terris, sed tantùm in Cœlis laborent: nec vllo sibi fœnore diuitias parent, nisi cœlestes: ac si quas habent superfluas à suo gradu, in pauperes erogent; nec, quantum in ipsis est, quemquam, aut corporis, aut animæ bonis egere sinant. sæcularibus non implicentur: Voluptates formident, tanquam peccati præficas. Honores non sibi, sed Deo in se tributos ament, & tueantur; alioquin contemnant. Doceant ignaros venerari sacra, proximos, tanquam Christi membra amare; iniurias obliuisci; bona pro malis rependere. dura omnia, atq. aspera, Christi exemplo, patienter tolerare; ieiunè de se sentire: cæterisquè plus quam sibi deferre: & curare, vt nec mortuos destituat in ipsis charitas: nec quemquam, aut minùs religiosè de Religione patiantur sentire; aut quolibet modo sacris abuti. Si quis hæc monitus negligat, Ecclesiasticis Censuris, quod ijdem Canones monent, plectatur. viuos à sacrorum communione, & conuictu, si res exigat, remouentes; Mortuos etiam ab Ecclesiastica sepultura.

Theol. Ars Mil. Nec sua, deest Theologiæ, Disciplina Militaris virtutis. Est enim Christiano homini semper colluctatio, seu potius pugna acerrima, non aduersus carnem, & sanguinem; sed

aduer-

aduerſus Rectores tenebrarum; & teterrimum Sathanam; cui ſemper circumeunti, vt deuoret, armatis Fidei, Spei, & Charitatis armis, reſiſtendum eſt nobis, ne proſternamur. ideò enim Militantem Eccleſiam, ipſam Fidelium congregationem, vocat Theologia. Carnis illecebris, ac Mundi pompis, tanquam auxiliarijs copijs aſcitis, teterrimus Sathanas, vt concupiſcibili, atque iraſcibili, tanquam Chriſtianæ virtutis arcibus expugnatis, cordis intima deprædetur, arma mouet ſemper; ſemper inſidias, & ſtrages machinatur. ideò perſtandum in cuſtodia eſt, vigilandum, cauendum, vt irrito conatu, in ſuos ignes præcipitem ſe det Sathanas, quod niſi per nos ſtet, ſemper pro nobis ſtet Deus: qui noſtræ ſaluti vnigenitum Filium dedit.

Ita verò Diſciplinis omnibus delibatis, reliquum eſt, vt in Encyclopædia tractanda; ad ea, quæ à principio poſuimus principia recurramus, & in Praxi, quam curamus, figamus mentem.

Eos, qui de Theologicis ſcribunt, recenſent aliqui: præſertim Sixtus Senenſis: & recentiùs, è Societate Ieſu, Antonius Poſſeuinus.

DE FINE, SEV DE VSV, aut Praxi omnium diſcendorum.

DISCIPLINAS igitur hucuſq. cum canem Aegyptiam imitati, ad Nili ripas quaſi lambendo in curſu hauſerimus; reliquum eſt, vt eaſdem, in ingenij (detur dicere) ſuccum, & ſanguinem digeramus. ita tamen, vt eumdem tenentes curſum, non præterlabamur ipſas ripas, ipſamet omnium diſcendorum Principia, quæ ſexdecim numero, tanquam quatuor eſſe monſtrauimus. quibus

innixi

innixi, possimus non solùm verisimile persuadere, quod intendunt, qui Topica tractant Logici, & Rethores; sed etiam docere, quid verum, quid falsum sit. Fallendis potiùs animis, quàm docendis, esse Topica excogitata; aut etiam fallentium captionibus cauendis, ex ipsis quæ supersunt tum Aristotelis, tum Ciceronis, tum Themistij, tum cæterorum; facilè patet. sed cum nobis maius sit argumentum, res scilicet scibiles, & modum docendi, docere compendiaria prorsus via; superioribus à principio præmissis, iam quod reliquum est aggredimur; sperantes fore, vt non frustra Prouinciam suscepisse videamur: cum hoc idem cæteri plures moliti sint; & inuentis addere facilè censeatur. Idem quod nos operepretium facturus Raymundus Lullius, de quo supra incidit mentio, trecentis, plus minùs, præteritis ab hinc annis; librum, eadem, qua nos intentione, bis; primò pluribus; ideò Artem Magnam vocatam; deinde paucioribus Paruam, quod diximus, euulgauit. Et amor discendi, quo plerique omnes afficimur, plurimos in amorem, fronte apertissima, & sine rubore spondentis plurima, facilè traxit. Cuius iam diù vita functi, ne laudem ad inuidiam impetere videamur, cum adhuc non desint, qui huic vni se vouere præclarum putent; & pium sit cespitantes commonere de via, & iuuare; quæ de eo cæterorum testificatione afferuntur, priùs quàm longiùs progrediamur, libet ponere. Ac primò, Rodulphus Agricola, Libro, de Inuentione Dialecticà; apertè, ipsa Raymundi arte, ingenij aciem non modo non iuuari dixit, sed etiam retundi, nisi acerrima sit. nec nisi locutionis varietates, sophisticè ab eo, minutatim in minimis, expiscari. Gemmæ item Physij filius Cornelius Gemma, de Arte Cyclognomica libro, se Raymundi artem, de omnibus breui addiscendis, vidisse testatur; nec tamen se assequi ratione, nisi hoc vnum; Hominem non ad rerum scientias veras, sed potiùs ad apparentes, ipsamque sophisticem adspirare; cum de terminorum multiplicatione maxima sit ei cura. Iordanus etiam, Brunus, qui in Artem Raymundi scripsit; & ei tanquam præstanti ingenio se

Raym. Lullius.

Rodul. Agricol.

pluri-

plurimum addictum prædicat; eoquè vno doctore, fidem facit, plurimos ad sapientiam euasisse etiam decennes; tandem monente veritate, Raymundi Artem, id quod plurimum discentium interest, fatetur de verbis, quàm de rebus potiùs laborare. In arte combinatoria.

Præterea etiam, Petrus Gregorius Tolosanus, præstanti vir memoria, & longo in litteris labore, egregiè instructus; Raymundi vestigijs inhærendo, discendi omnia leui conatu; aliquibus ex his, quæ à Raymundo ponuntur mutatis; librum, inscriptione Syntaxis Artis mirabilis, addidit; eundemquè, animis alliciendis, tanquam docendis omnibus; vocauit Seminarium magnum, Lapidem Lydium, Scientiarum directionem: quo vno verum à falso discerni possit: in quo tamen, nisi præstent discentis ingenium, memoria tenax, assiduum studium, ipsemet frustra contendi de fruge, fatetur: nec quidē, hūc ipsum suis stare principijs certū est: eum se addixerit spondenti, quod per se soluēdo non sit. Petrus Greg.

Atq; casu potius, aut libitu positis, quàm ratione, Principijs vti Raymundum, non pigebit antequam ad nostra progrediamur, videre. Et quando discendi via optima, ipsa est etiam in omnibus Comparatio; spectare, an quæ ipse nouem principia posuit, benè nos quatuor fecerimus. Nos enim Magnitudinem, Pulchritudinem, Veritatem, Bonitatem cū posuerimus prima genera laudabilium; seu appetibilium omnium; Raymundus ab his expuncta Pulchritudine, cæteris addit Durationem, Potestatem, Voluntatem, Sapientiam, Virtutem, Gloriam: quæ licet omnia Bonitatis ambitu, ampliori significatione teneantur; pressiori tamen, quæ vix excedit, quod sensum oblectat, & iuuat; qua etiam significatione, vulgo inter loquendum Bonum, à Pulchro, Vero, & Magno, diuidimus; nihil prohibet, quin hoc ipso nomine, à nobis in numerum redigatur; postremo tamen loco; vt respondeat Fini, Relationi, Quieti. cum sicut Magnitudo, & Pulchritudo, quod primū sensu percipiantur, primo loco posita sint; ita deceat Veritatem, & Bonitatem, quod intellectu primū innotescant,

postremo apparere. Veritatem prius, mox Bonitatem; quod quocunque modo sumatur Bonitas, in plura, quàm Veritas se extendat; cum per se indicet perfectionem, & quodammodo fęlicitatem. Raymundus ex his quatuor Pulchritudine abdicata, cæteris retentis tribus, his ipsis addit Durationem, frustra; quod hæc, tanquam genere, Quantitatę finiatur: frustra etiam Potestatem, Qualitati subiectam; Voluntatem, Virtutem, Gloriam, Sapientiam, de solo homine dici, nec ad cætera, nisi translata significatione, deuenire, facilè cõstat. Bonitatis igitur ipsius etiã (quod patet) strictiori significatione sumptę, quinque tanquam species hæ sunt. At frustra pluribus vtimur, quando æquè benè paucioribus vti possumus. Cumque paruus error in principio maximus fiat in fine, quid de Principiorum nouem strue, ad omnia facilè, & breui discenda, tenendum sit, facilè potest constare. Pauciora verò quàm quatuor ponere, prorsus non licet; nisi dicamus, æquè, Substantiam, Quantitatem, & Qualitatem, Entis ratione teneri, tanquam genere: ac Magnitudinem, Pulchritudinem, Veritatem, ipsiusmet Bonitatis. At sicut vnum per se sumptum, non potest sciri; ita non potest per se, sinę alterius comparatione, esse causa, vt sciamus. In altera Raymundi vniuersalium serie, ponuntur, Differentia, Concordantia, Contrarietas, Principium, Medium, Finis, Maioritas, Aequalitas, Minoritas. at cum hæc Comparatione, seu relatione consurgant, non sunt ipsa prima, nec inter principia ponenda erant. Comparando enim scimus num sint res æquales, vel inæquales; & si inæquales, quæ sit maior, quæ minor; & quota sit Differentia, aut Concordantia. Quod si sit differentia leuis, dicuntur similia; si maxima, opposita, aut contraria: si nulla, dicuntur eadem, sicut à principio monuimus. Vna igitur Relatione, Differentia, Concordantia, Contrarietas, Maioritas, Aequalitas, Minoritas innuuntur. Et Principium, Medium, Finis, toto (vt dicunt) Cœlo, ab hoc ordine distant: cum ratione motus dicantur hæc, illa ratione molis, & durationis.

Tertiò

Tertiò etiam loco, interrogandi rationes habet Raymundus, inter ipsa vniuersalia principia. cum tamen earum is non sit locus. Sed nec explent numerum, nec seruant ordinem. Sunt enim Vtrum? Quid? De quo? Quantum? Quale? Quando? Vbi? Quomodo? Cum quo? Cur enim (cum qui discendi, idem etiam sit ordo interrogandi) ponit De quo? tertio loco? Cur, Quare? Quarto? Cur, Quomodo? Interrogationem Relationis, octauo, aut nono? & Cum quos, pro indicando instrumento latinè non dicimus.

Quarto loco, ab eodem, tanquam rerum omnium præstantissima genera, ponuntur, Deus, Angelus, Cœlum, Homo, Animal, Imaginatiuum, Sensitiuum, Vegetatiuum, Elementatum, Elementum; sed hæc ipsa, Substantia vna tanquam Genus, compræhendit.

Quinta, (nisi fallimur) sede, addit virtutes, tum Morales, tum Theologales; quæ quoniam omnes non explent numerum, addit ex omnibus reliquis, duas, Patientiam, & Pietatem. sed prorsus incertum, quo consilio. At Virtus Qualitas quædam est; cuius oppositum Vitium; quod seorsum nulla virtutum cohærētia adtexit. Sed plura de his, aut de cæteris, quæ ex his pendent, addere, ociosum putamus.

Vt igitur his prætermissis, rem nostram agamus: Constent primò tanquam notissima ipsa principia, quæ vt melius etiam hæreant; repetenda paucis censemus.

Ideò id sit primò notum. Duplex esse rerum genus Sensibile, Intelligibile. illud singulare, hoc Vniuersale.

A sensu, scientiam ortum ducere. sed quod sentimus licèt dicamur scire, non tamen, eius scientiam esse, sed sensum, aut sensationem. solum quod intellectu, vi rationis appræhendimus, id propriè dicimur scire, quod fit per causam deductam saltem à sensu.

Sine vniuersali igitur apprehēsione nulla est sciētia. licet Sciētia ratione sensus, & intellectus, dicatur duplex; à Priori, & à Posteriori; à Priori, quando discursus fit à magis vniuersali ad minus; à Posteriori, quando à minus vniuersali, ad maius. Et hæc compositiua, illa verò diuisiua discendi ratio.

Opponuntur igitur quodammodo, sensus, & intellectus, sicut particulare, & vniuersale; Compositio, & Diuisio; Causa, & Effectus.

Oppositionem verò eorum dici diximus, quæ plurimum distant; aut loco, aut tempore, aut motu.

Contrarietatem eorumdem, quando se impetunt.

Aequalitatem eorum, quæ non excedunt, nec exceduntur spatio, mole, aut facultate.

Similitudinem eorum, quæ sub vno genere, aut proportionem, aut quid aliud habent vnum: ideò Dissimilitudo est eorum, quæ vnum non habent.

Diuersitas eorum, quorum non est vnum Genus.

Identitas, quorum differentia nulla.

Simul, est, esse eodem loco, aut tempore, aut vtrisque.

Vniuersale in mente, aut Genus, aut Species. Cætera omnia particularia; sed intellectus, ea etiam vniuersali ratione percipit.

Sensibile rerum genus duplex; Substantia, & Accidens. licet enim substantia dicatur, & sit etiam intelligibilis; sensibilis tamen, cum prima dicatur; hanc ipsam proprio nostro appræhendendi modo, substantiam vocamus: ac licèt substantiam non percipiat sensus, quoniam accidentia ei immediatè inhærentia percipit, eam percipere dicitur.

Accidens sensu, & intellectu perceptibile, Quantitatem, & Qualitatem monuimus esse.

Quantitatem respectu molis, & numeri. molis, quæ sensu patet, numeri qui mente, dici.

Qualitatem respectu habitus, formæ, passionis, & potestatis, cum totidem adnexis. Præter hæc, Relationem in mente esse; qua monente discimus, ac docemus: comparando, æqualia, inæqualia; maiora, minora.

Prima igitur, & potissima dicebamus rerum Genera, Substantiam, Quantitatem, Qualitatem, Relationem: his ipsis omnem perscrutationem adhærere, non tamen sine intellectu Loci, Temporis, Motus, atque Quietis eo ordine, quo à principio posuimus.

Hisquè

Hisquè rerum generibus, vidimus respondere Genera causarũ, à quibus tum Definitiones, tum etiam Demonstrationes sumuntur. est enim vna Definitionis, & Demonstrationis natura, eo modo, quo diximus, ex Materia, Forma, Efficienti, Fine, Finitionis extremitatibus hinc desũptis; Demõstrationis Medio, vt Materiæ, Formæ, Efficientis, & Finis intellectu, nihil finiri possit, aut demonstrari, ideò nec sciri.

At ex Causis in rebus genera quatuor, ad quæ omnia laude digna rediguntur, vt finiamus, demonstremus, sciamus ipsa Magnitudo, Pulchritudo, Veritas, Bonitas; ita se habent, vt

Ratione magnitudinis, cognoscamus quid sint, Genus, Species, Indiuiduum. Quid sint comparari; æquale, inæquale esse; maius, & minus.

Ratione Pulchritudinis quid proportiones, & quales ex comparatione; quales item differentiæ sint.

Ratione Veritatis, rerum, quæ extra Intellectum sunt, cum ijs, quæ in Intellectu, quæ sit conuenientia, aut discrepantia.

Ratione Bonitatis, est ipsa vtilium, & conferentium ad fęlicitatem inspectio. Vt nihil prorsus sit, his quatuor non compræhensum. Sunt & illa in memoriam reuocanda, & tenenda.

Ex quantitate, & qualitate, Quietem etiam, & motum cognosci.

Esse motus species, Generationem, Corruptionem; Augmentum, Decrementum, Alterationem, Motum loci.

Quod nullo motu mouetur, cum tamen moueri aptum sit, quiescere dici. Ex motus, & quietis differentijs in voce, ad ipsas differentias exprimendas, verba esse quatuor, ex totidem qualitatis differentijs, (vt diximus) ab Aristotele posita; Agere, Pati, Situm esse, & Habere: Agere, & Pati, ratione Motus; Situm esse, & Habere ratione Quietis. hæc, præter Substantiuum, cæterorum omnium verborum genera, esse monstrauimus.

Relatio est id ipsum, quo scimus, comparatione causæ,

cum effectu, seu totius cum parte, aut causæ cum causa, effectus cum effectu, totius cum toto, partis cum parte; in vno rerum, & pari genere, vel in dispari; & quod in ea quiescat animus tanquam in fine, & bono; ipsis, & Fini, & Bonitati, & Quieti, in Principiorum serie, respondet. Sicut Qualitas, Motui, Efficienti, & Veritati. Quantitas, Tempori, Formæ, & Pulchritudini. Substantia Loco, Materiæ, & Magnitudini.

Et in inuestigatione Substantiæ, statim mentem per se subire Locum: in inuestigatione Quantitatis, Tempus: Qualitatis, Motum: Relationis, Quietem. Prima igitur, in rerum quarumlibet perscrutatione, hæc, atque ita, Naturæ arcano sunt constituta; ijsquè Disciplinas omnes vidimus contineri. cum Magnitudo, Materia, Locus, quæ sunt Substantiæ, de Geometricis moneant; Pulchritudo, Forma, Tempus, quæ sunt Quantitatis propriæ dictæ, de Arithmeticis: à quibus deriuantes, visu sunt Optica, auditu Musica: Veritas, Efficiens, Motus, quæ sunt Qualitatis; de Naturalibus omnibus: Bonitas, Finis, Quies, quæ de Moralibus, ac Diuinis: extra quæ nihil est. Et eadem ratione, Interrogationes præcipuas constare. Quid? Quantum? Quale? Quomodo? Vbi? Quando? Vnde? Quo? cum ratione latentis causæ, rantummodò fit Quarè? Cæteras interrogandi formas superiùs positas, non repetimus; licet, ijs etiam doceamur quid, quo loco quærendum sit, de Quantitate præsertim; & Tempore, per Casus nominum, & vsu Prepositionum. vt Raymundum in arena fundamenta iecisse hinc etiam pateat.

Quamcumque igitur, simus rem inuestigaturi, primum videndum, quod per se patet, an res sit sensibilis, an verò intelligibilis: siue an particularis, an vniuersalis. Quæcunque verò sit, primò se videndum Nomen objicit, tanquam signũ rei præstãtissimum: quo etiam finiri, ac sciri res quælibet aliquo modo videtur: ideò etiam finitionis nomine ab aliquibus dictum. hoc ipsum videndum primò, an proprium sit, an improprium; quo modo in Cratylo nos monuit Plato.

Nomina rerum.

& ad

& ad rei perfectæ instar, diuidendum, si libet, in suas partes, syllabas, particulas litteras. componendum etiam, additione litteræ, syllabæ, præpositionis: comparando etiam singula singulis, spectata significationis varietate, in litteris ipsis, syllabis, ethymologia, & syntaxi: vna tantùm lingua, aut pluribus; veteribus, recentioribus. Licèt enim circa nomina vagari exile per se sit, vt prædiximus; aliquo tamen modo latere, in ipsis nominibus, rerum plurimam cognitionem plurimis demonstrationibus certum est. ac licet nihil aut res à nominibus, aut nomina à rebus, per se trahant; quoniam tamē, omnis ferè disceptatio, est circa nomina; an sint, an non sint rei propria; & nominibus etiam passiones ipsæ excitentur; disciplinæ excipiantur; & vitæ omnia parentur bona; ideò non minima, discenti, circa nomina, primò adhibenda censetur cura. Nec nisi ab ipsa nominum perscrutatione; fuerunt tum Hebræorum Cabala; tum Aegyptiorum Hieroglyphica; tum maxima ex parte, Persarum Magica; Græcorum Symbola, & Mysteria; Romanorum etiam Notæ. in quibus explicandis, adhuc Sapientum instat industria. nec tamen leuis hæc ipsa cura censetur: cum explicandis etiam Tyronianis notis, non exigua data sit opera. hinc cifræ, quas vocant, repertæ; hinc Anagrammata. hinc etiam præter cætera, Tritemij Poligraphia, & Stegonographia, decurtandæ, & elongandæ dictionis gratia; licèt hæc occasione potiùs fouendi ocij, quàm quod discendo, aut docendo sint profutura, videantur excogitata; sicut etiam ænigmata. & hæc tanquam Geometricam ferè nominum sapiunt rationem. Arithmetica etiam, aliquo modo, colligi ex numero litterarum videtur, si quid præsertim ex Pythagoræ traditione, constet; vt Tetragrammaton Dei nomen, in hominum admiratione. Ac si plura vnius rei sint nomina, singula etiam spectare, præsertim de rebus per se nudis, cum cætera lateant, expedit; ne dicturi nihil dicamus. Ab ipsis Græcorum Symbolis, virtutis insigne, tanquam nomen, sibi etiam præstantes viri, quæ Arma dicimus, & Impresas, ponunt, Arma, familijs indicandis; Impresas, indicandæ singularis

gularis

gularis, & propriæ alicuius virtutis; cuiusmodi in Academijs, per Italiam, viget vsus. in quarum etiam interpretatione morari, cum laude solemus.

Post assignatum, seu demonstratum, quantum videatur expedire, rei Nomē, tanquam minimam finitionem, seu dicamus tanquam circumferentiæ punctū; ipsamet circumferentia, vera rei, & integra finitio, spectanda est: quæ genere, & differentia constare censetur, tanquam (quod dicebamus) toto, & parte; seu summo, & imo. cum dictum sit in Finitione tanquam totum, & summum Genus; tanquam pars, & imum, Differentia. Genus tanquam totum, vnum: Differentia tanquam pars multiplex. Vnum enim tantummodò potest rei assignari proprium Genus, nisi res ipsa per se sit Genus, cuiusmodi sexdecim sunt vniuersalia principia; quæ nec possunt finiri, nec (cum per se constent,) indigent finitione; sed differentijs solis patent. sicut contra differentiarum, seu indiuiduorum assignari genus potest, sed differentia, si sint ipsa postrema, defectu nominum, non potest. Nec igitur Genus, nec Differentia, extrema; summa, & ima Definitionem admittunt, sed sola, quæ inter, hæc nec summa, nec ima sunt, inter intellectum, & sensum: sed quæ, licèt vniuersalia sint, non tamen sunt ipsa prima; quin habeant quibus finiri possint se ipsis maiora, quorum ipsa sint partes minora etiam; & quorum sint tanquam totum. Sicut igitur de nomine, spectandas partes, & particulas, & ex particulis etiam componendum nomen; diximus ita si de Generibus rerum futurus sit sermo, aut ratio formanda, gradatim in minora esse vsque ad minima descendendum; sicut contra, si de minimis, seu indiuiduis sit cura, vsque ad prima ascendendum. licèt integra de his finitio, nec constare possit, nec intersit: quod vniuersalia per se intellectu, particularia sensu, quantum sufficit pateant. Media verò cum vtrinque distent, vtrisque finiri, aut demonstrari. Hæc verò in omnibus ad trutinam reuocare, potiùs perspicacis naturæ, quam artis est: quod Scepticos plurimum mouit, vt dicerent nihil nos ratione, doceri posse.

cum

cum enim rationem alicubi quiescere necesse sit; adeò vt indemonstrabili alicui omnis innitatur demonstratio; ideò demonstrationē non esse, sed nec corpora essent, nisi alicubi terminata, & finita. In ijs igitur finitio spectāda est, quæ media inter genus, & differentiam, his ipsis adhibitis, cognoscuntur ascendendo, ac descendendo. cum sola vniuersalia prima descendendo, tantummodò; singularia tantummodò ascendendo, per inæqualia monstrentur.

Cumque vnum sit cuiuslibet rei proprium genus, non tamen vna est, vnius generis, differentia; quin sicut omne totum in partes plurimas est diuisibile; ita omne vniuersale plurimas differentias: (licèt defectu nominum plurimæ non possint exprimi, aut apparere,) admittit; ratione tum Materiæ, tum Formæ, tum Efficientis, tum Finis. hæc enim ipsa quatuor diximus, in omnibus necessariò ad integram rei finitionem, animaduertenda; & in his, & horum ratione cætera omnia; à primò, vt cōstet Encyclopedia, Magnitudinem, Materiæ, Loci, Substantiæ, Formæ, Tēporis, Quantitatis; Efficientis, Motus, Qualitatis, Finis, Quietis, Relationis. Deinde Pulchritudinem, Veritatem, & Bonitatem, per eadem, eodemmodo. non solum in casu nominum recto, sed etiam in obliquo; sub quolibet rerum genere; in quorū omnium inspectione immorari, cū per se, ex mōstratis patere possint, nimium in paucis putamus. De eadem verò re ratio potest in longum trahi, si Generis spectentur genera vsque ad primum, & differentiarum differentiæ, vsque ad postremam: ac de ipsis, eadem inspiciendi ratione, deducantur; quæ rem honestent, & ditent, per omnes positorum principiorum notiones.

Et quoniam omnia, quæ discere, ac docere expedit, primo, ijs ipsis Disciplinis, quas libauimus, continentur; conducere plurimum facilè quisque sentiet, in rerū perscrutatione, singularum elemēta tenere, tanquam clauum in naui; dehinc limitibus summo, & imo; Genere, & Differentia; cōstituta finitione; eadem etiam, spectatis lateribus, siue æqualibus comparatis in vnum, quomodo diximus, in memo-

riam est reuocanda. Quod enim vnum, quodcunque præter Genus, pluribus inesse scimus facit; vt ea, quibus inest, similia dicantur. & ratione similitudinis, siue participationis, alterum altero significetur. cumque quod participatur, aut nomen sit, aut quid præter nomen; ratione solius nominis, diximus æquiuoca, & ænigmata emanare: ratione rei præter nomen, diximus conuenientia, & analoga, conuenientia, quod æquè vnum aliquid ipsis insit, commune prorsus; analoga, quod licet aliquid pluribus insit, vni tamen insit quam cæteris, magis propriè: & hac ratione inherendi, magis, ac minus propriè, diximus consurgere tum metaphoram, tum etiam similitudinem: quod hæc duo sint tanquam nomen, & rei per nomen significatæ finitio, cum non res eadem, sed proportio eadem in diuersis, tum similitudinem, tum metaphoram pariat. ideò huiusmodi finitionem ratione proportionis, quatuor ad minus terminis constare monstrauimus; præsertim in Arithmeticis: ideò hanc discendi, ac docendi viam, plurimum patere. ita ipsa, cuius adminiculis, cætera omnia absque vlla dubitatione discuntur, atque docentur, Arithmetica, singulos numeros singulis numeris comparando; constitit à principio. Eodemq. modo constare etiã cætera omnia, seu differant solo numero, seu specie, seu genere, in substantia, aut Quantitate, aut cæteris. Quin ipsamet Principia (dicebamus, & Raymundus extulit) hoc eodem respectu, alterum altero, quandoquè non incommodè finiuntur; non solum in obliquo nominis casu, sed etiam in recto. Referamus igitur in hunc locum, vt faciliùs appareat, eadem quam dicebamus, quamque omnes laudant, & nemo hucusq. aut reperit, aut vidit repertam, Encyclopædiam, hoc modo ipsa Principia.

1.	Substantia. Quantitas. Qualitas. Relatio.	2.	Locus. Tempus. Motus. Quies.

Mate-

3.	Materia. Forma. Efficiens. Finis.	4.	Magnitudo. Pulchritudo. Veritas. Bonitas.

ita disposita; quod primo, naturæ ductu, videantur prima ex quatuor quaternionibus; deinde etiam cætera sicut numerantur, spectanda; aut potius simul omnia: vt quodlibet vnum, quatuor compræhendat; & indicet, præstantissima prorsus vi Relationis. Cumque Relatio in mente, sit quodammodo (quod etiam dicebamus) substantia discendorum, hinc etiam ipsa eadem Encyclopædia apparet; si Relatio Substantiæ, Quies Loco, Finis Materiæ, Bonitas Magnitudini, adnectantur. & sit vna omnium Relatio, Quies, Finis, Bonitas, in reliquis omnibus; & reliqua omnia in his. Hoc ipso intuitu optimè, Deum Optimum, Maximum dici consueuisse, putamus: eodem etiam modo assumptis, ac permutatis, quandocumque videatur expedire, rationibus interrogandi: vel de rei Substantia, vel Quantitate, vel Qualitate, vel Relatione, vel Causa, vel Effectu. siue etiam de ipsis, Situm esse, & Pati, Agere, & Habere. respondentibus Loco, Tempori, Motui, & Quieti. Ita nisi fallimur, vidimus forsan hucusq. in Disciplinis obscurum, atque adeò intenta tum Veteribus, tum Græcis, tum Latinis, quod ait Flaccus; Esse modum in rebus, certos, ac denique Fines, quos vltrà, aut citrà nequeat consistere rectum. Ac licet plurima etiam fortasse præterijsse videri possimus; & prætererimus in discentium bonum, vitio tamen dandum non erit, cum prompto, candidoquè animo contulerimus, in præsenti lætitia quantum potuimus; dictum in Sacris Litteris scimus, Cunctas res difficiles, non posse eas hominem explicare sermone: non saturari oculum visu, nec aurem auditu impleri: & Mundum traditum à Deo disputationi, vt non inueniat homo, vniuersum opus, quod operatus est Deus, cui Vni, & Trino; Principio, & Fini; sit honor, & gloria.

F I N I S.

3.	Materia.		Magnitudo.
	Forma.		Pulchritudo.
	Efficiens.		Veritas.
	Finis.		Bonitas.

ita disposita, quod primo, naturâ ducta, videantur prima ex quatuor quaternionibus; deinde etiam cætera sicut ne-ce[illegible]ur, spectanda; aut potius simul omnia: vt quodlibet vnum quatuor comprehendat, & indicet, præstantissima prorsus vi Relationis. Cumque Relatio immediate sit quo-dammodo (quod etiam declaramus) [illegible] o-rum, hinc etiam ipsa eadem Encyclopædia apparet; si Re-latio Substantiæ, Quies Loco, Finis Materiæ, Bonitas Ma-gnitudini, adscribantur. & sit vna omnium Relatio, Quies, Finis, Bonitas, in reliquis omnibus; & reliqua omnia in his. Hoc ipso intuitu optimé, Deum Optimum, Maximum dici consueuisse putamus: eodem etiam modo assumptis, ac permutatis, quandocunque videatur expedire, rationibus interrogandi: vel de rei Substantia vel Quantitate, vel Qua-litate, vel Relatione, vel Causa, vel Effectu. siue etiam de ipsis, Situm esse, & Pati, Agere, & Habere, respondentibus Loco, Tempori, Motui, & Quieti. Ita nisi fallimur, vicinius [illegible], atque adeo inuenta tum Veteribus, tum Græcis, tum Latinis, quod sit [illegible] Esse motum in rebus certos, ac denique Finem quo [illegible], aut citrà nequeat consistere rerum. At licet plurima etiam fortasse prætermisisse videri possimus; & prætermiserimus in di-cendo, tam bonum, vt [illegible] tamen dandum non erit, cum prom-pto, candidéque animo consulemus, in præsenti [illegible] quantum potuimus; dictum in Sacris Literis legimus, Cun-ctas res difficiles, non posse eas hominem explicare sermo-ne: non saturari oculum visu, nec aurem auditu impleri: & Mundum traditum à Deo disputationi, vt non inueniat ho-mo, vniuersum opus, quod operatus est Deus, cui Vni, & Trino, Principio, & Fini; sit honor, & gloria.

FINIS.

